

Capitulum 65

Discipulus: Quamvis adhuc de fautoribus hereticorum et heretice pravitatis essent investiganda quamplura, de quibus, applicando ad determinatas personas, in tractatu De gestis circa fidem altercantium orthodoxam sollicite indagabo, tamen illis obmissis transeo ad *defensores* hereticorum et heretice pravitatis, de quibus in primis peto ut narres qui defensores hereticorum et heretice pravitatis sunt censendi.

Magister: Respondetur quod cum defendere rem aliquam sit ab impugnatione tueri vel rei impugnate contra impugnantem opem ferre, impugnatio autem tripliciter fieri potest, scilicet verbo, scripto, et facto, multipliciter contingit defendere hereticos et hereticam pravitatem, secundum quod heretici et heretica pravitas possunt multipliciter impugnari. Hereticus enim impugnari potest facto alicuius qui conatur hereticum captivare, aut detinere, aut iudici presentare, vel trahere ad iudicium ut de eo fiat iustitie complementum. Potest etiam impugnari verbo et hoc multipliciter, vel in iudicio cum rite et debite accusatur, vel extra iudicium, cum eius perfidia per predicatorum et doctores, prelatos aut alios non ignaros, nescientibus ut caveant nunciatur. Scripto etiam impugnari potest, in iudicio cum contra eum scribitur, vel extra iudicium cum eius perfidia rationibus et auctoritatibus demonstratur, et absentibus per epistolas intimatur. Heretica autem pravitas verbo et scripto poterit impugnari. Verbo quidem, cum in sermonibus aut lectionibus vel secretis colloquiis reprobatur.

2 adhuc] adhoc Bb 3 essent] esset An est Fi essen Bb 6 defensores] defensionem Bb An Fi Ly 7 narres] michi *added* An Ly 7 defensores] et *added* An 9 cum] *omitted* An 12 multipliciter] *omitted* Ly 14 possunt] possent Ly 14 enim] autem Ly 15 alicuius qui] quando quis facto We 15–16 detinere] detineri Bb An Fi 16 iudicium] iudicem We 19 doctores] *added* We 20 aut] et We *omitted* Bb 20 nunciatur] nunciantur Bb An Fi 21 vel] et etiam We etiam *added* Ly 22 auctoritatibus] auditoribus Bb 25 lectionibus] locutionibus Ly

Scripto vero, cum ad reprobendam hereticam pravitatem scripta catholica componuntur. Ex hiis colligitur quod contingit hereticos et pravitatem hereticam multipliciter defendere, et quot modis contingit hereticos et pravitatem hereticam impugnare, tot modis et forte pluribus defendi possent. 30

Contingit igitur defendere hereticos facto, impediendo videlicet ne capiantur vel detineantur **ut** de eis fiat iustitie complementum. Contingit etiam eos defendere verbo in iudicio et extra iudicium, allegando quod non sunt heretici reputandi. Scripto etiam contingit eos defendere, libros et epistolas componendo ad ostendendum et nuntiandum quod non sunt inter hereticos computandi. Pravitatem etiam hereticam contingit tripliciter defendere, scilicet facto, verbo, et scripto. Facto quidem dupliciter ad presens. Uno modo, ipsos impugnatores ab impugnatione prohibendo. Alio modo, impugnationes et allegationes eorum scriptas destruendo, sive comburendo sive alio modo, vel malitiose detinendo et impediendo ne ad notitiam perveniant aliorum. Verbo etiam contingit pravitatem hereticam defendere, allegando quod non sit inter hereses computanda, et eodem modo contingit scripto heresim defendere. 35 40 45

Discipulus: Secundum predicta de defensoribus hereticorum et heretice pravitatis essent quamplurima indaganda, sed abbreviationis causa multa dimittam. Aliqua tamen queram. Porro quia dubito, quod si unquam aliquis papa erit hereticus, perniciosior et periculosior erit omnibus aliis hereticis qui fuerunt vel erunt 50

26 reprobendam] reprobandum Ly 27 catholica] theologica An Fi a catholicis Ly 27 hiis] verbis *added* Ly 27 contingit] *et added* Ly 28–29 multipliciter... hereticam] *omitted* Bb Fi 28 et²] quia We 29 impugnare] pugnare Bb 30 possent] possunt Bb 32 ne] *omitted* Bb 32 detineantur] detinentur An Fi 32 ut] **Kn:** vel Bb We Ly aut An Fi 32 eis] his Ly 33 iudicio] iudicium An 34 heretici] reprobandi vel *added* Ly 36 sunt] sint We 40 impugnationes] impugnatores Bb An Fi We 40 scriptas] scripturas An Fi 49 erit] *omitted* Ly 50 et periculosior] *omitted* Ly

preter Antichristum magnum, si tamen idem Antichristus non erit
 papa, interrogationes quas faciam de defensoribus hereticorum et
 heretice pravitate ad defensores pape heretici et sequacium eius
 suarumque heresum applicabo. In primis itaque dic qua pena sint
 55 plectendi qui de facto impediunt ne de persona pape heretici fiat
 iustitie complementum, se de eius erroribus defendendis nullatenus
 intromittendo.

Magister: Respondetur quod tales impediunt et pape heretico
 60 impediunt opem ferentes ne de ipso fiat iustitie complementum,
 aut sciunt papam esse hereticum, aut ignorant, et si ignorant,
 aut laborant ignorantia crassa et supina, quia nolunt aut contemp-
 nunt aut negligunt scire papam esse hereticum, vel laborant igno-
 rantia probabili. Si sciunt papam esse hereticum vel ignorant et
 laborant ignorantia crassa et supina, et tamen eidem opem fe-
 65 runt ne fiat de eo iustitie complementum et se de eius erroribus
 nullatenus intromittunt, imo asserunt forte manifeste eius errores
 esse contrarios catholice veritati, sunt defensores heretici, licet
 non sunt directe defensores nec approbatores heretice pravitate.
 Et ideo penam hereticorum nequaquam incurrunt, sed in senten-
 70 tiam incidunt excommunicationis et carere debent ecclesiastica
 sepultura (Extra, *De hereticis, Sicut*, et Extra, *De sententia ex-*
communicationis, Noverit). Alie etiam pene eorum, si in excom-
 municatione per annum persistunt, taxantur Extra, *De hereticis,*
Excommunicamus 1. Quedam etiam pene eorum speciales taxan-
 75 tur Extra, *De hereticis, Si adversus*. Si autem ignorant papam
 esse hereticum, et laborant ignorantia probabili, nullam penam

53 ad] de Fi 55 de¹] *omitted* Bb 56 complementum] tamen *added* Ly 56
 defendendis] defendendi Bb 60 et ... ignorant²] *omitted* Bb 67 contrarios]
 contrarias Fi 67 licet] sed Ly 68 approbatores] comprobatores An 71 et]
 etiam Ly 72 noverit)] Noverunt An Di Ly 73 persistunt] perstiterint We 75
 extra] *omitted* Bb 75 si adversus] *omitted* Bb 75 ignorant] ignorent Ly
 An Fi 76 hereticum] *omitted* Bb 76 laborant] laborent Ly

51–52 1 Dial. 6.19 71 cols. 779-780 71–72 col. 910 73–74 cols. 787-
 789 75 cols. 783-784

incurrunt.

Discipulus: Nunquid scientes papam esse hereticum vel etiam ignorantem, sed laborantes ignorantia crassa et supina, ad quos spectat et qui possunt facere de papa heretico iustitie complementum, si negligunt, debent inter defensores pape heretici computari. 80

Magister: Una est opinio quod sunt defensores pape heretici et penam defensorum incurrunt, quemadmodum illi ad quos spectat ex officio defendere clericum verberatum sunt fautores eiusdem violentie et eandem penam incurrunt, si possunt defendere et non faciunt (Extra, *De sententia excommunicationis, Quante*). Alia est opinio quod tales non sunt defensores pape heretici, quia defensio aliquem actum exteriorem importat. Tales autem nullum actum exteriorem ad dictam defensionem pertinentem exercent. 85 90

Discipulus: Quid sentitur de illis qui defendunt papam hereticum verbo vel scripto, asserendo et dicendo quod non est hereticus reputandus.

Magister: Hoc potest multis modis contingere. Uno modo, verbo vel scripto asserendo et affirmando quod errores ei impositos (quos in rei veritate pertinaciter tenet) non tenet nec dicit, neque asserendo neque opinando neque recitando; alio modo, quod errores dicit et tenet tantummodo opinando et eos nullatenus pertinaciter asserendo; alio modo, quod errores impositi pape non sunt inter hereses computandi. Si primo modo, distinguitur, quia aut sciunt se dicere falsum aut nesciunt se dicere falsum, et tunc 95 100

78 etiam] *omitted* We 79 ignorantem] in goi ferentes Bb 79 sed] et An *omitted* Ly 81 inter] *omitted* Bb 87 quante)] Quare Bb An Fi Quam te Ly 90 actum] *omitted* An 90 dictam] *omitted* We 90 defensionem] pape heretici *added* We 92 vel] facto *added* An 92 dicendo] docendo An Fi 95 affirmando] firmando Ly 97 recitando] recipiendo neque Ly 97 alio] aliquo Ly 97 modo] et *added* Ly 98 tantummodo] tantum Fi 99 alio] nullo An 100 sunt] sint Ly 100 hereses] hereticos Ly 100 distinguitur] *omitted* Ly 101 aut² ... falsum²] *omitted* Ly

vel laborant ignorantia crassa et supina, vel probabili. Si sciunt se
 dicere falsum, non tantum crimen incurrunt mendacii, sed etiam
 scienter defensores pape heretici sunt censendi et penam defen-
 105 sorum incurrunt. Si autem nesciunt se dicere falsum, et laborant
 ignorantia crassa et supina (quia nolunt scire vel contempnunt
 aut negligunt scire), quamvis secundum aliquos a crimine men-
 dacii valeant excusari, tamen a crimine defensionis pape heretici
 minime excusantur, et ideo in penam incidunt defensorum. Si
 110 vero nesciunt se dicere falsum et laborant ignorantia probabili,
 nec crimen mendacii nec crimen defensionis hereticorum com-
 mittunt, quia ab utroque crimine per ignorantiam probabilem ex-
 cusantur. Consimiliter distinguitur de asserentibus papam dicere
 115 errores impositos tantummodo opinando vel tantummodo recitan-
 do. Quia si sciunt vel credunt se dicere falsum, crimen mendacii
 et etiam crimen defensionis heretici manifeste comittunt. Si vero
 nesciunt et laborant ignorantia crassa et supina, sunt defensionis
 heretici crimine involuti. Si autem laborant ignorantia probabili,
 de utroque crimine excusantur. Si autem dicunt quod errores im-
 120 positi pape non sunt inter hereses computandi, non solum sunt
 censendi defensores heretici, sed etiam sunt defensores heretice
 pravitatis, quod verum est si errores pape heretici sunt explicite
 condemnati, et taliter defendentes papam hereticum pertinaciter
 tenent quod errores impositi non debent inter hereses reputari.

Capitulum 66

105 nesciunt] non sciunt Ly 107 aliquos] alios We 111 crimen¹] crimine
 An 111 crimen²] crimine Bb An 111–112 committunt] committent Bb 113
 distinguitur] distingo An 113 dicere] aliquos *added* Ly 115 sciunt] sciunt
 Bb An Fi We 115 credunt] credant Bb An Fi We 116 defensionis] pape
added Ly 116 comittunt] committere Fi 118 heretici] heretice Ly 118
 autem] vero Ly 118 laborant] laborent Ly 120 inter] *omitted* Bb 120
 hereses] hereticos Ly 120 solum] *omitted* We 124 inter] *omitted* We

Discipulus: Si pro singulis assertionibus supra scriptis satage-
res allegare, timeo quod prolixitatem fastidiosam legentibus ge-
nerares. Ideo ad defensores heretice pravitatis accedo, de quibus
peto ut dicas qua pena sunt plectendi qui sunt pravitatis heretice
defensores, sive defendant pravitatem hereticam prohibendo im-
pugnatores pravitatis eiusdem ne eam impugnent, eis scilicet pro
impugnatione pravitatis heretice qua papa macularetur hereticus
persecutionem et molestiam inferendo, sive allegationes eorum
catholicas contra errores pape heretici comburendo aut quovis
modo impediendo malitiose ne ad notitiam perveniant aliorum.

Magister: Istis modis videtur quibusdam quod infectus here-
tica pravitate defenditur, de qua defensione nonnulli tenent quod
huiusmodi pape heretici defensores non minus peccant quam pa-
pa hereticus, nec minori pena sunt plectendi, imo dicunt quod sunt
heretici reputandi. Quia, sicut contingit facto mentiri secundum
Ambrosium, ut habetur 22 q. ultima cap. *Cavete*, ita contingit
facto heresi assentire et eam asserere, et per consequens ex factis
absque verbis potest quis ostendi esse hereticus manifestus. Pre-
dicti ergo defensores heretice pravitatis heretici sunt censendi et
pena hereticorum sunt plectendi, quod multis modis videtur posse
probari. Hec enim Urbanus papa, ut legitur 24 q. 3 cap. *Qui alio-
rum*, sentire videtur, dicens: “qui aliorum errorum defendit multo
est dampnabilior illis, qui errant, quia non solum ille errat, sed
etiam aliis offendicula preparat erroris et confirmat. Unde quia

2–3 satageres] satagens An 3 timeo] timens An gap Fi 3 fastidiosam
] fastidiosumque An fastidiosque Fi 4 accedo] accede Ly 5 ut dicas]
omitted An Ly 5 qui] *omitted* Bb 7 ne] ut Ly 8 macularetur] maculatur Ly
10 comburendo] compurendo An 12 infectus] in facto Bb An Fi
omitted We 13 pravitate] pravitas Bb An Fi We 13 defenditur] defendatur
Bb An Fi We 13 defensione] hoc *added* An We 15 hereticus] quia
added Ly 17 22] 23 Bb An Fi Ly 17 ultima] 1 Ly 17 ita] quoque
added Ly 20 heretice] pape *added* Bb 22 hec] Hoc We 22 ut] vel Bb
22 legitur] *omitted* Ly 23 multo] amplius *added* Ly 25 erroris] errores
An

magister erroris est, non tantum hereticus, sed etiam heresiarcha dicendus est”. Ex quibus verbis colligitur quod defensores errorum sunt heretici reputandi et dampnabiliores errantibus. Ergo et pari pena sunt plectendi.

30 **Discipulus:** Ista auctoritas non videtur ad propositum, quia loquitur de defendentibus errores allegando pro eis sive verbo sive scripto, quod patet per hoc quod dicit quod “aliis offendicula erroris preparat et confirmat”, et per hoc quod dicit “magister erroris est”. Ista enim ad allegandum pro erroribus pertinere videntur,
35 et nequaquam spectant ad illos qui impugnatores errorum impediunt, persequuntur, et molestant, et qui **impugnationes** destruunt vel impediunt ne inter catholicos publicentur.

Magister: Dicitur quod instantia tua nulla est, quia licet auctoritas Urbani predicta de allegantibus ex pertinacia pro erroribus aliorum verbo vel scripto debeat intelligi, debet nichilominus intelligi etiam de defensoribus facto aliorum errores, eo quod defensores facto errorum modis prescriptis gravius peccare videntur quam solummodo pro erroribus allegantes. Defendentes enim facto modis prescriptis errores pape heretici tam in Deum
45 quam in proximum directe peccare dinoscuntur. Quia et veritatem catholicam manifestari impediunt, et ipsis impugnationibus pravitate heretice graviter iniuriantur dum eorum personis molestiam inferunt, et in eorum infamiam aliquid ludibrium circa catholicas allegationes exercent. Qui autem pro erroribus aliorum solum verbo vel scripto pertinaciter allegare presumunt, in
50

26 hereticus] dicendus est *added* Ly 32 offendicula] offendiculis Bb 32–33 erroris¹] *omitted* Bb An Fi Ly 33 erroris] errorum Ly 34 est] *omitted* Bb 34 allegandum] allegantes We 36–37 persequuntur ... impediunt] *omitted* An 36 impugnationes] **Ox:** impugnatores Ww 37 vel impediunt] *omitted* Bb 38 est] *omitted* Bb 39 de] ab An Fi 40 debeat] debet Ly 41 etiam] et Ly 41 defensoribus] de *added* Ly 41 errores] errorum Ly 42–43 videntur] quam Bb 45 dinoscuntur] noscuntur We Ly 48 aliquid] aliquod Ly 48 ludibrium] ludibricum Bb An Fi 50 solum] solummodo We

Deum tantummodo peccare videntur. Et ideo si defensores allegando solummodo pro erroribus sunt dampnabiliores illis qui errant, multo magis illi qui in favorem et defensionem errorum impugnatores errorum crudeliter persequuntur, et infamia eorum allegationes catholicas irreverenter et probrose tractant, sunt dampnabiliores hiis qui errant si solummodo stant in errore et nichil plus faciunt. Cum vero dicitur quod Urbanus loquitur de illo qui aliis offencicula erroris preparat et confirmat, et de illo qui est magister erroris, que duo non conveniunt nisi allegantibus pro errore, respondetur quod utrumque istorum potest aliquo modo persequentibus impugnatores errorum et destruentibus **impugnations** errorum competere. Nam talis potest dici aliis offencicula erroris quodammodo preparare et confirmare in quantum remonet prohibentia erroris, nam et removens **prohibentia** aliquando causa vocatur. Potest etiam dici quodammodo magister erroris in quantum facto docet et monstrat quod errores sunt tenendi.

Discipulus: Alias allegationes ad eandem adducas assertionem.

Magister: Hoc Isidorus, ut habetur 11 q. 3 cap. *Qui consentit peccantibus*, testari videtur, dicens: “qui consentit peccantibus, et defendit alium delinquentem, maledictus erit apud Deum et

51 tantummodo] directe *added* We 52–53 pro ... errorum] *omitted* Bb 54 errorum] eorum Ly errores An 54 persequuntur] insequuntur An 54 infamia] infamiam Bb An in infamia We 55 probrose] probrose An Fi 55–56 dampnabiliores] damnatiores Ly 56 hiis] illis We 58 aliis] alii Bb An Fi 58 erroris] errorum Ly 59 erroris] errorum Fi Ly 61 impugnatores] *omitted* Ly 61 errorum] *omitted* Ly 61–62 impugnationes] **Vc:** impugnatores Ww 62–64 talis ... erroris] *omitted* Ly 64 erroris] **errores scilicet impugnantes ac impugnatores confluentes errores** We 64 nam] *omitted* Ly 64 prohibentia²] **Kn:** prohibens Ww 65 erroris] errorum Fi Ly 66 docet] dicit Bb An Fi 66 tenendi] censendi Ly 67 ad] de An We 69 isidorus] *omitted* An 69 habetur] communiter An 69 consentit] *omitted* Ww 70 consentit] consenserit Ly 71 defendit] defenderit Ly

homines, et corripietur increpatione severissima. Hinc etiam quidam sanctissimus pater ait: ‘si quis peccantem defendit, acrius quam ille, qui peccavit, coherceatur’ ”. Ex quibus verbis colligitur quod qui papam hereticum, pro crimine heresis persequendo
75 impugnatores et impugnaciones, defendit, acrius quam papa hereticus coherceri debet.

Discipulus: Ista auctoritas non loquitur nisi de defensore delinquentis, non de defensore pravitatis heretice, et ita ad propositum non esse videtur.
80

Magister: Respondetur quod cum loquitur de defendente delinquentem in genere, debet etiam intelligi de defendente heresim quam tenet papa, quia maius vel non minus peccatum est defendere iniquitatem, cum ille qui facit, si non esset iniquitas, defendi deberet.
85

Discipulus: Potestne probari aliter quod huiusmodi defensores heresum quibus papa hereticus irretitur sunt pena hereticorum plectendi.

Magister: Hoc videtur sic posse probari. Consentientes eadem
90 pena qua agentes sunt plectendi, quod videtur de consentientibus consensu defensionis vel etiam auctoritatis potissime debere intelligi. Quod glossa Extra, *De officio et potestate iudicis delegati*, cap. 1, testari videtur, dicens: “in quarto casu auctoritatis, sive defensionis, magis peccat consentiens defendendo, et auctoritatem

72 hinc] Hoc Ly 73 acrius] alium Ly

75 qui] *omitted* An Fi 76 et impugnaciones] *omitted* Bb 76 acrius] alicuius Bb An Fi 78 nisi] *omitted* Bb 78 defensore] defensione Ly 79 de] *omitted* Fi 81–82 delinquentem] *omitted* An 82 in genere] ita ergo An 87 heresum] heresis Ly 87 quibus] cui Ly 90 consentientibus] pape *added* Ly 91 debere] deberet Bb An Fi 94 peccat] peccant Ww 94 consentiens] consentientes Ww

72–73 Basil, *Regule breviores*, regula 7. 92 Gloss, s.v. pari pena, col. 327
92–93 c. *Quia quesitum*, col. 158

prestando, quam faciens, et magis puniendus est, 24 q. 3 c. *Qui aliorum*, et 11 q. 3 c. *Qui consentit*". Ergo defendentes modis prescriptis hereticam pravitatem pena hereticorum sunt plectendi. 95

Discipulus: Audivi quorundam sententiam de hiis que factis defendunt hereticam pravitatem. Nunc dic de illis qui verbo vel scripto defendunt doctrinam erroneam pape heretici. 100

Magister: De hiis breviter dicitur quod, si doctrina pape erronea est talis quod veritatem contrariam illi qui doctrinam pape erroneam solis allegationibus verbo vel scripto nituntur defendere credere tenentur explicite, tales defensores sunt inter hereticos computandi, quia omnis qui negat veritatem quam credere tenentur explicite est inter hereticos numerandus, et pena hereticorum plectendus. Si vero doctrina pape erronea sit talis quod allegantes pro ea non tenentur credere explicite contrariam veritatem, qui eam defendunt solummodo allegando verbis vel scriptis non sunt heretici iudicandi, nec pena hereticorum plectendi, nisi quomodocunque appareat quos suis allegationibus pertinaciter innituntur. Qualiter autem convinci valeant de pertinacia, ex hiis que tractata sunt supra, libro quarto, debet posse patere. 105 110

Discipulus: Ex hac sententia michi sequi videtur quod aliqui allegantes verbo vel scripto pro doctrina pape erronea sunt censi heretici, et aliqui a pravitate heretica sunt immunes. 115

95 faciens] facientes Ww 95 puniendus est] puniendi sunt Bb An Fi We puniendi supra Ly 96 et] *omitted* Ww 96 11] 1 Bb An Fi Vc We 96 defensores] defendentes We 97 prescriptis] predictis Ly 97 hereticam pravitatem] heretice pravitatis Ly 100 defendunt] defenderunt Ly 103 solis] solum Ly 109 solummodo] solum Fi 109–110 allegando ... hereticorum] *omitted* Fi 110 iudicandi] computandi Ly 111–112 innituntur] nituntur Bb 113 tractata] Ly Vc Di Vgb Pa Pc Fr Vd Ce Vf Ox Ba To Es: tradita We tractanda Bb An Fi Vg Na Va Sa 113 debet] debent Bb An Fi dicunt We 114 ex] Extra An Fi 115 allegantes] aligantes Ly 115 verbo] *omitted* Bb

Magister: Conceditur quod hoc potest contingere secundum quod potest accidere quod aliqui tenentur credere explicitate veritatem contrariam doctrine pape erronee et aliqui eam credere
 120 explicitate non tenentur, et secundum quod aliqui possunt suis allegationibus pertinaciter adherere et aliqui possunt eis nequaquam pertinaciter adherere. Unde ad cognoscendum qui allegantes verbo vel scripto pro doctrina pape heretici sint heretici reputandi et qui non sint inter hereticos numerandi, oportet diligentissime
 125 considerare qui tenentur credere explicitate veritatem contrariam, et qui ad hoc minime sunt astricti, et qui sunt pertinaces, et qui de pertinacia convinci non possunt.

Discipulus: Nunquid illi qui allegarent pro doctrina hereticali pape heretici et non tenerentur explicitate credere veritatem contrariam nec de pertinacia convinci valerent, deberent defensores pravitatis heretice nuncupari.

Magister: Respondetur quod secundum quod nomen defensoris heretice pravitatis in iure accipitur, non deberent defensores pravitatis heretice appellari, quia nomen defensoris sic acceptum
 135 semper pertinaciam coincludit.

Discipulus: Si predicta de defensoribus continent veritatem, aperta est distinctio inter defensores hereticorum et defensores heretice pravitatis. Sed an ista distinctio ex canonicis sanctionibus accipi possit, ignoro. Unde quid de hoc posset dici expone.

Magister: Quod ista distinctio ex canonicis statutis possit accipi videtur tali modo posse probari. In quibusdam statutis canonicis defensores ab hereticis distinguuntur. In quibusdam vero de-

120 tenentur] tenetur Bb An 121 – 122 et ... adherere] *omitted* An Ly 123 sint] sunt We Ly 124 sint] sunt Ly 124 hereticos] computandi et Ly 125 qui] nisi Fi 126 hoc] *omitted* An 126 et²] *omitted* Ly 126 sunt²] sint Bb Fi 128 pro] de An 128 hereticali] *omitted* Ly 130 de pertinacia] pertinaciter Ly 132 quod¹] *omitted* An We Ly 132 quod²] *omitted* Fi 132 – 133 defensoris] defensionis Ly 134 nomen] nullum Bb 134 defensoris] defensionis Ly 135 coincludit] excludit Fi includit Ly 136 continent] contineant Ly 137 defensores²] *omitted* Ly 138 ex] a Ly 139 quid] quidem Bb An Fi 140 possit] posset Ly 142 – 143 ab ... heretici] *omitted* Bb 142 vero] dico Fi nota We

defensores heretici appellantur. Ergo videtur quod vocabulum ‘de-
 fensorum’ vel ‘defendendi’ accipiatur predicto modo equivoce. 145
 Antecedens quoad utramque partem probatur, et primo quidem
 ad primam partem sic probatur. Innocentius tertius in concilio
 generali, ut legitur Extra, *De hereticis*, cap. *Excommunicamus*
 1, sic ait: “credentes preterea, receptatores, defensores et fauto-
 res hereticorum excommunicationi decrevimus subiacere, firmiter
 150
 statuentes, ut, postquam quilibet talium fuerit excommunicatione
 notatus, si satisfacere contempserit infra annum, ex tunc ipso iure
 sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia, nec ad eli-
 gendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit
 etiam intestabilis, etc.” Ex quibus verbis colligitur quod plures
 155
 penas quas constat hereticos incurrere ipso facto et statim, defen-
 sores hereticorum non incurrunt, nisi satisfacere contempserint
 infra annum. Nam bona defensorum hereticorum, si satisfecerint
 infra annum postquam fuerint excommunicatione notati, sunt mi-
 nime confiscanda infra annum, ut ex verbis Innocentii allegatis et
 160
 ex sequentibus colligi videtur aperte. Bona vero hereticorum con-
 fiscanda sunt vel confiscari possunt etiam si infra annum ad fidei
 redierint veritatem, teste eodem Innocentio tertio, qui, ut legitur
 Extra, *De hereticis*, cap. *Vergentis*, ait: “in terris vero temporali
 nostre iurisdictioni subiectis, bona hereticorum statuimus publi-
 165
 cari, et in aliis idem precipimus fieri per potestates et principes

146 ad] quoad Ly 147 legitur] loquitur Ly 148 preterea] defensores
 added Ly 148 defensores] omitted An Ly 149 decrevimus] decernimus
 We 151 notatus] nodatus Bb An Fi innodatus 151 annum] et added Ly
 152 nec¹] non Bb An Fi We 152 – 153 eligendos] eligentes Bb 159 infra
 annum] omitted We 160 ex] omitted We 160 sequentibus] sequacibus Ly
 Bb An Ly 161 fidei] fidem Ly 162 veritatem] veracem Ly 163 vergentis]
 Urgentis Ly 163 temporali] episcopali Bb An Fi We Ly 164 nostre] Bb
 An Fi We

147–148 col. 788 163 col. 783

170 seculares, quos ad id exequendum, si forte negligentes extite-
 rint, per censuram ecclesiasticam appellatione remota compelli
 volumus et mandamus. Nec ad eos bona eorum ulterius rever-
 tantur, nisi eis, ad cor revertentibus et abnegantibus hereticorum
 consortium, misereri aliquis voluerit". Ex quibus verbis colligitur
 175 quod, ut dicit glossa super verbo 'misereri', hereticis ad cor re-
 vertentibus et satisfaciendis sive infra annum sive post annum
 "de sola ergo misericordia restituantur bona". Defensoribus au-
 tem non sunt infra annum bona auferenda. Ergo defensores de
 180 quibus fit mentio in constitutione predicta *Excommunicamus* non
 sunt heretici nec fautores heretice pravitate reputandi, sed defen-
 sores hereticorum tantummodo sunt censendi. Qui, sicut habetur
 Extra, *De hereticis, Sicut ait*, et cap. *Si adversus*, et Extra, *De*
sententia excommunicationis, cap. *Noverit*, ab hereticis distingu-
 untur.

185 Secunda vero pars antecedentis rationis predictae, scilicet quod
 quandoque defensores 'heretici' appellantur, probatur. Nam si-
 cut allegatum est supra (24 q. 3 *Qui aliorum*), defensores erro-
 rum alienorum probantur esse non solum heretici sed heresiarche,
 quia in hoc quod defendunt aliorum errores sunt magistri erro-
 rum. Item, quod aliqui defensores sint heretici reputandi testatur
 Innocentius (Extra, *De verborum significatione*, cap. *Super qui-
 busdam*), dicens: "tua devotio postulavit a nobis qui sint dicendi
 heretici manifesti. Super quo diximus tibi respondendum, illos in

166 id] illud Bb An Fi Ly 167 per censuram] partem secundam An 167 compelli] *omitted*
 Ww 169 eis] eisdem Ly 172 sive² ... annum²] *omitted* Ly 173 ergo] *omitted* Ww 173
 restituantur] restituuntur An 173–174 defensoribus ... ergo] *omitted* Fi 173–174 autem] aliter
 An 174 infra] ante We 176 fautores] hereticorum et *added* Ly 179–180 distinguuntur] diffinitur
 Ly 184 sed] etiam *added* We etiam de *added* Ly 184 heresiarche] hereticis Ly 188 sint] sunt
 Ly 189 quo] *omitted* An Fi 189 diximus] duximus An Fi We 189–190 in ... casu] *omitted* Ww

171 Gloss, s.v. misereri, col. 1675 178 col. 779 178 col. 784 178–179
 col. 910 187–188 col. 923

hoc casu intelligendos esse manifestos hereticos, qui contra fidem catholicam publice predicant, aut profitentur, seu defendunt errorem". Ex quibus verbis datur intelligi quod defensores errorum sunt inter hereticos computandi. Quod secundum quosdam intelligendum est sive facto sive verbo sive scripto defendant errores, quod secundum eos iuxta modum preexpositum continet veritatem. 190 195

Capitulum 67

Discipulus: De defensoribus hereticorum et heretice pravitatis usque ad tractatum De dogmatibus Iohannis 22-i et tractatum De gestis circa fidem altercantium orthodoxam, nolo plura inquirere. Ideo ad receptatores pertranseo, de quibus dic in primis quomodo a credentibus, fautoribus, et defensoribus distinguuntur. 5

Magister: Respondetur quod receptator et credens hereticis duo disparata videntur, quia licet receptator possit esse credens, tamen potest etiam contingere quod non sit credens, quia qui scienter est receptator hereticorum non est credens, quia non credit eos esse catholicos quos reputat hereticos, nec credit erroribus eorumdem. Receptator vero hereticorum videtur esse fautor eorumdem, quia qui recipit hereticos, eis quodammodo favet, cum etiam non impugnare hereticos quando quis debet eos impugnare sit eis favere. Omnis igitur receptator hereticorum est fautor eorum sed non econverso. Multi enim sunt fautores hereticorum qui tamen non sunt receptatores eorum. Receptator etiam et de- 10 15

190 hereticos] *omitted* Bb 191 predicant] dicunt Ly 192 verbis] colligitur et Ly 192–193 errorum] eorum Ly

193 computandi] reputandi Bb Fi 194 est] *omitted* Ww

195 iuxta] secundum We

4 circa] *omitted* Fi 5 ad] *omitted* Fi 5 pertranseo] transeo Ly 5 quibus]

verbis *added* Ly 5 quomodo] receptatores *added* We 7 receptator]

hereticorum *added* We 7 hereticis] *omitted* We 8 disparata] disperata We

10 est²] *omitted* Fi 10 non²] nec We 11 esse] hereticos *added* Bb 12–

13 receptator ... eorumdem] *omitted* Bb 13 recipit] recepit An Fi receptat

We 14 hereticos] *omitted* An 17 qui tamen] *omitted* Bb

17 etiam] autem Ly *omitted* An Fi

20 defensor hereticorum sicut duo disparata videntur. Nam potest quis
 esse defensor hereticorum quamvis non sit receptator eorum quia
 in eius dominio non morantur. Potest etiam quis esse receptator
 hereticorum quamvis non sit defensor, quia scilicet eos a nulla
 impugnatione intendit defendere.

Discipulus: Qui sunt receptatores hereticorum.

25 **Magister:** Respondetur quod nomen ‘receptatorum’ hereticorum, secun-
 dum quod in iure accipitur, sonat in malum. Et ideo isti sunt
 receptatores hereticorum qui, cum possent hereticos de terra sua
 aut dominio expellere, eos scienter vel ignoranter (ita tamen quod
 laborant ignorantia crassa et supina) permittunt in terra sua aut
 30 dominio absque custodia libere commorari. De istis loquitur glos-
 sa Extra, *De hereticis, Excommunicamus* 1, super verbo ‘recep-
 tatores’, dicens: “sine quibus heretici manere diu non possunt”.

Discipulus: Secundum predicta, si papa hereticus manens in
 dominio alicuius regis vel principis aut alicuius alterius, tanta ful-
 35 ciretur potentia quod dominus temporalis non posset eum expelle-
 re, nec quomodolibet detinere, talis dominus non esset censendus
 receptator hereticorum.

Magister: Hic respondetur quod talem dominum temporalem
 impotentia excusaret.

40 **Discipulus:** Potestne aliquid aliud excusare dominum tempo-
 ralem, si non expellit papam hereticum vel eius sequaces de suo
 dominio in terra sibi subiecta.

Magister: Respondetur quod timor probabilis turbationis fi-
 delium absque fructu spirituali potest excusare dominum tempo-

18 sicut duo] *omitted* Ly 18 disparata] esse *added* WeLy 19 hereticorum]
 eorum Ly 24 hereticorum] *omitted* An Fi Ly 27 aut] et Ly 29 istis] igitur
added An33 aut] *omitted* An 33 alicuius²] cuiuscunque We33–34
 fulciretur] fulcitur An Fi 36 hereticorum] *omitted* We37 hic] Hoc We 37
 respondetur] conceditur We 37 quod] quia Vg An We38 excusaret]
 excommunicaret An Fi 40 eius] *omitted* We 40 sequaces] pape heretici
added We 41 in] et We 41 terra] terram non Ly 41 subiecta] subiectam Ly
 42–43 probabilis ... dominum] *omitted* Fi

ralem.

Discipulus: Nunquid tenetur dominus temporalis expellere papam hereticum de suo dominio, si tantam habet potentiam temporalem, et non timet probabiliter turbationem fidelium absque fructu spirituali, quamvis dominus temporalis non fuerit per prelatos ecclesie requisitus. 45

Magister: De hoc tractatum est supra, libro sexto cap. 99 et ultimo, ubi ostensum est quod, deficiente ecclesiastica potestate, sive per impotentiam, sive per malitiam, sive per dampnabilem negligentiam, laici debent hereticos cohercere. 50

Discipulus: Quid faciet dominus temporalis si scit papam hereticum manere in suo dominio, et non potest eum artare. 55

Magister: Requiret auxilium aliorum catholicorum. Si autem alii nolunt auxiliari ei, excusatus est.

Discipulus: Quid faciet populus ubi moratur papa hereticus, si dominus temporalis, quamvis possit, nolit papam hereticum cohercere. 60

Magister: Respondetur quod populus, non obstante quod dominus temporalis sit receptator pape heretici, si potest absque dispendio spirituali, debet papam cohercere, ubi sciret papam esse hereticum, puta si papa aliquid assereret contra veritatem apud omnes catholicos divulgatam, utpote si diceret Christum falsum prophetam, vel fidem christianam esse falsam vel fictam, aut quod anime reproborum in inferno minime cruciantur, vel aliquid huiusmodi, quod apud omnes catholicos tanquam catholicum divulgatum existit, nec esset necesse quod populus in hoc casu consulere sapientes, nisi forte ad sciendum quomodo deberet procedere contra papam hereticum. Non enim populus propter persuasiones, 65 70

48 spirituali] spiritualis Ly principali 48 temporalis] omitted Ly 50 supra] omitted Ly 54 – 55 hereticum] omitted Bb 56 aliorum] omitted Ly 57 nolunt] volunt Fi 59 possit] omitted Bb 63 papam¹] hereticum added We 63 – 64 esse] omitted Ly 64 si] quod An Fi ubi sciret si Ly 65 utpote] puta We Ly 66 vel²] et We

51 1 Dial. 6.100 66–67 An allusion to the *visio beatifica* controversy.

allegationes, vel verba quorumcunque sapientum vel insipientum deberet quoquomodo in dubium revocare an papa esset in tali casu hereticus reputandus, et tanquam hereticus evitandus ac etiam
 75 puniendus. Imo quicumque sapientes, clerici vel laici, qui dicerent papam in tali casu non debere a populo reputari hereticus, essent a populo heretici iudicandi.

Discipulus: Quomodo potest populus absque auctoritate domini temporalis aliquid contra papam hereticum attemptare, cum
 80 populus nullam habeat iurisdictionem omnino, sed in dominum suum omnem iurisdictionem transtulerit.

Magister: Respondetur quod quamvis populus in imperatorem vel regem iurisdictionem transtulerit, iurisdictionem tamen quam habet in favorem fidei quando papa est hereticus, et manet
 85 cum eis et prelati ac dominus temporalis nolunt vel non possunt papam cohercere, a se transferre non potest, nec tali iurisdictioni renuntiare potest, quia illa iurisdictio concessa est populo in favorem fidei christiane.

Discipulus: Quo iure habet populus iurisdictionem huiusmodi
 90 super papam hereticum. Non iure divino, quia de hoc in iure divino nulla fit mentio. Nec etiam iure humano, quia etiam in iure humano de hoc nulla fit mentio. Nec iure naturali, quia a iure naturali nulla est iurisdictio penitus, eo quod ex iure naturali nullus habet super alium potestatem. Natura enim omnes fecit
 95 equales.

Magister: Respondetur quod quamvis in iure divino nulla fiat mentio vocalis de iurisdictione huiusmodi, sententialiter tamen

72 vel verba] *omitted* Fi 74 hereticus¹] *omitted* An 75 quicumque] quoscunque Bb An Fi We 75 clerici ... laici] clericos vel laicos Bb An Fi We 75 dicerent] deberent An We 76 debere] deberi Bb An Fi 76 hereticus] hereticum Ly 78 potest] posset We 82 respondetur] *omitted* Bb An Fi 82 populus] *omitted* Ly 84 manet] remanet Ly 85 dominus] domini Ly 85 temporalis] temporale Fi temporales Ly 86 papam] hereticum *added* We 91 etiam¹] *omitted* We 91 – 92 quia ... humano] *omitted* Bb An 91 etiam²] *omitted* Fi 92 nec] etiam *added* Ly 93 nulla ... naturali²] *omitted* Ly

hoc ex iure divino et naturali ac humano simul colligitur. Nam ex iure divino concluditur quod papa factus hereticus est papatu privatus. Ex iure autem humano habetur quod pape heretico non est communicandum, quod etiam corporaliter servari debet quando absque perniciose turbatione *fidelium* servari potest, eo quod nulli heretico est communicandum modo predicto. Item, ex iure humano habetur quod si papa vel dominus temporalis alicuius populi fiat hereticus, totus populus a iurisdictione tam pape quam domini temporalis absolvitur, teste Gregorio nono qui, ut habetur Extra, *De hereticis*, cap. ultimo, ait: “absolutos se noverint a debito fidelitatis hominii et totius obsequii, quicunque lapsis manifeste in heresim aliquo pacto, quacunque firmitate vallato, tenebantur astricti”. Ex iure autem naturali, non quidem quod fuisset tempore nature institute, sed quod est pro tempore nature lapse, habetur quod populus propter perfidiam alicuius qui non est superior eo, locum aut patriam relinquere non tenetur. Ex quibus concluditur quod si papa fiat hereticus, et dominus temporalis faverit eidem, populus iurisdictionem saltem aliqualem obtinet super papam hereticum, quia ex quo papa hereticus est iure divino papatu privatus, non est superior populo ubi moratur. Iure autem humano populus pape heretico communicare non debet, ergo debet papam hereticum devitare. Iure autem naturali non tenetur propter papam hereticum patriam aut locum deserere vel relinquere. Ergo potest papam hereticum, ne eidem communicet,

99 factus] *omitted* An est Fi 101 communicandum] modo predicto *added* Ly 101–103 quod ... communicandum] *omitted* An Fi 102 perniciose] *omitted* Bb 102 fidelium] *omitted* Bb fidei Ly 103 communicandum] communicando Bb 106 teste] *omitted* Bb 106 nono] tertio Ly 108 se] esse *added* Ly 108 hominii] homagii Bb An Fi Ly 108–109 quicunque] quibuscunque Bb 110 vallato] nullato An 113 locum] suum *added* We 115 eidem] *omitted* Bb 118 populus] *omitted* Bb An Fi 119 ergo debet] *omitted* Fi 120 deserere] *omitted* We

de loco suo expellere vel eum in custodia detinere.

Discipulus: Ista ratio non procedit nisi papa hereticus se ingereret communioni populi, ergo si non ingerit se communioni populi, populus nullam iurisdictionem habet super eum.

Magister: Dicitur quod sufficit quod per rationem predictam probaretur populum in aliquo casu iurisdictionem aliquam (extendendo nomen iurisdictionis ad quamcunque potestatem expellendi vel etiam aliquem detinendi) super papam hereticum obtinere, quia dicitur quod ex tali iurisdictione populi super papam hereticum multiplicem contingit inferre.

Discipulus: Causa brevitatis, nolo quod ex iurisdictione predicta aliqua alia inferantur, sed dic secundum predictam opinionem, si papa hereticus voluerit recedere, an populus debeat eum dimittere liberum abire, an eum tenetur in firma custodia detinere.

Magister: Respondetur quod populus tenetur eum in firma custodia detinere, cuius ratio assignatur talis. Non minus debet unaqueque persona et multitudo fidelium esse sollicita de salute spirituali proximorum quam corporali, secundum quod ex verbis beati Augustini que ponuntur 23 q. 4 cap. *Ipsa pietas*, que allegata sunt supra, colligitur evidenter. Sed si esset aliquis in populo qui, vallatus complicibus, eundem populum et omnem alium catholicum corporaliter conaretur extinguere, populus non deberet liberum abire dimittere, sed ne alios populos christianos occideret,

122 suo] *omitted* Bb 126 dicitur] Dic Fi 127 probaretur] probetur We 128 quamcunque potestatem] quemcunque potentem An 128–129 expellendi] expellendum Ly 129 detinendi)] detinendum Ly 130 dicitur] dicit Ly 131 multiplicem] multipliciter iurisdictionem Ly 133 inferantur] inferatur We 139 secundum] si An 142 vallatus] nullatenus Bb 143 deberet] eum *added* We

detinere. Ergo si papa hereticus omnes catholicos spiritualiter per
pravitatem hereticam conatur necare, populus cum quo moratur,
non solum proprio periculo sed etiam periculo aliorum fidelium
precavendo, ipsum detinere tenetur. 145

Discipulus: Nunquid si populus permittit papam hereticum
libere secum commorari, et suos dogmatizare errores, debet recep- 150
tator hereticorum censi, si potest papam hereticum detinere.

Magister: Respondetur quod sic. Quia ex quo spectat ad pop-
ulum detinere papam hereticum quando dominus temporalis et
prelati circa cohercionem pape heretici sunt dampnabiliter negli- 155
gentes, si populus eum non detinet debet receptator pape heretici
reputari.

Discipulus: Nunquid quilibet de populo tali debet dici recep-
tator pape heretici.

Magister: Respondetur quod omnes qui dampnabiliter negli-
gunt papam hereticum detinere, vel qui tali negligentie consen- 160
tiunt, sunt receptatores pape heretici. Si vero sunt aliqui in populo
qui ad detentionem pape heretici alios exhortantur quantum licet
eis pro gradu suo, paratique essent una cum aliis papam hereti-
cum detinere, aut talem exhortationem metu mortis vel gravium
tormentorum omittunt, dolentes quod papa hereticus minime de- 165
tinetur, non sunt inter receptatores pape heretice computandi.

Discipulus: Nunquid tales qui parati essent papam hereticum
detinere tenentur recedere, ne communicent pape heretico.

Magister: Respondetur quod si tales remanere in populo mi-
nime possunt nisi communicent pape heretico propter potentiam 170
pape heretici et suorum, communicare possunt corporaliter pape
heretico, scilicet loquendo, comedendo, bibendo, et corporaliter
insimul conversando, nec ad vitandam talem communionem cum
notabili dampno suo tenentur recedere. Sed antequam communi-
cent pape heretico aliter quam corporaliter tantum, puta in officio 175

147 etiam] in We 149 permittit] permittat Ly 150 libere] licite Ly liberum
An 157 dici] quod sit *added* Ly 160 hereticum] *omitted* Ly 161 – 162 si
... heretici] *omitted* An Qui autem Ly 163 – 164 hereticum] *omitted* Ly
168 tenentur] teneantur We 171 pape²] cum papa We 173 vitandam]
vitandum Ly

divino, vel in hiis que ad papatus spectant officium, maxime quantum ad ea que ordinis sunt, aut facto vel verbo protestando eum esse papam, debent de loco illo recedere, quia taliter communicare pape heretico nullus potest absque peccato mortali. Quilibet
180 autem ante debet omnia mala tolerare quam peccare mortaliter.

Discipulus: Prima pars istius sententie **decretali** Innocentie 3ii, que ponitur Extra, *De his que vi metusve causa fiunt*, cap. *Sacris*, repugnare videtur. Ait enim: “distinguimus autem utrum is, qui communicat excommunicatis invitus, sit per coactionem astrictus
185 aut per metum inductus. In primo siquidem casu talem non credimus excommunicatione teneri, cum magis pati, quam agere convincatur. In secundo vero licet metus attenuet culpam, quia tamen non eam prorsus excludit, cum pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurrere, talem excommunicationis labe credimus inquinari”. Ex quibus verbis colligitur, ut videtur, quod
190 nullus metus etiam mortis excusat corporaliter communicantem excommunicato a peccato mortali. Cum ergo papa hereticus *sit excommunicatus quia* incidit in canonem sententie promulgate, ut notat glossa 24 q. 1 cap. *Achatius* sicut allegatum est supra,
195 quicumque communicat pape heretico, etiam corporaliter tantummodo, excommunicationis sententia inquinatur.

177 aut] ac An 177 protestando] profitendo Ly
181 decretali] **Vc Di:** decretalis Bb An Fi We Ly 182 metusve] metus vel Bb An Fi 183 autem] *omitted* Bb An Fi Ly 183 is] autem is Bb aliquis Ly An Fi Ly hiis We 184–185 astrictus] abstractus We 185 siquidem] *omitted* Ww 186 credimus] talem *added* Bb An Fi We 186 excommunicatione] excommunicationem Ww 186 teneri] incurrere Ly tenere Bb An Fi 187 in secundo] Insecuti Bb 187 vero] *omitted* Ww 188 tamen] cum Bb An Ly quidam canones *added* Bb Ly quidem canones *added* An Fi We 188 eam] eum Ly 188 excludit] excludunt Ww 188 debeat] debet Ly 189 talem] *omitted* Ww
192 – 193 sit ... quia] qui Bb An Fi Ly 194 achatius] **Kn:** 2 An *omitted* Bb Fi We excommunicatus Ly 195–196 tantummodo] tantum Vc Di

182 col. 220 194 Gloss, s.v. heresis, col. 1382 194 1 Dial. 6.19

Magister: Ad hoc respondetur quod Innocentius 3us in decretali predicta de excommunicatione corporali nullam facit penitus mentionem, et ideo pro morte vitanda licitum est cuicumque excommunicato communicare corporaliter. Nec potest ecclesia de plenitudine potestatis artare quemcunque contra suam voluntatem in tali casu excommunicatum vitare. Et ideo Innocentius loquitur de communione non corporali sed de aliqua alia, puta in crimine vel alio modo, que absque constitutione humana noscitur interdicta.

Discipulus: Circa dictam responsionem due difficultates michi occurrunt. Prima est, quia videtur quod ecclesia, que etiam summum pontificem comprehendit, penes quam plenitudo residet potestatis, potest precipere cuilibet catholico ut nullo metu mortis vel perditionis rerum excommunicato communicet. Aliter enim plenitudinem potestatis nequaquam haberet. Si autem ecclesia potest hoc precipere, alius obedire tenetur. Secunda est, quia si ecclesia non potest aliquem obligare sub pena excommunicationis ut nec *etiam* metu mortis corporaliter communicet excommunicato, videtur etiam per eandem rationem quod per eandem penam non potest obligare fideles ne aliter quam corporaliter excommunicato communicent.

Magister: Ad primam respondetur quod ecclesia non potest aliquem obligare sub pena excommunicationis ut nullo metu mortis vel perditionis rerum communicet excommunicato, cuius ratio assignatur talis. Ad illa que supererogationis sunt vel ex-

198 excommunicatione] communicatione Fi communionem We 198 facit] fiat An Fi 203 de²] *omitted* We 204 que] qui We 206 difficultates] diffinitiones An 207 quia] quod An Fi We Ly 208 comprehendit] et *added* Ly 208 penes] penas We 208 quam] quem Bb An Fi We 208 plenitudo] plectendo We 209 cuilibet] *omitted* Fi 211 haberet] secunda est *added* An Fi 212 alius] is cui precipitur Ly 214 ut] ne Ly *etiam added* Bb Fi 214 nec] *etiam* Ly 214 *etiam*] *omitted* Bb An Fi 215 *etiam*] *omitted* Bb 217 communicent] communicet An 219 ut nullo] ne Ly 219 nec] nullo An Fi Ly 220 communicet] cum *added* Ly

cessive gravia dinoscuntur, ad que quis nec iure divino nec iure
 naturali nec spontanea voluntate noscitur obligari, non potest ec-
 225 clesia de plenitudine potestatis fideles artare. Hec enim est causa
 quare ecclesia non potest christianos ad votum continentie vel
 virginitatis artare, quia, ut lex sacra dicit: “castitas que suaderi
 potest, imperari non potest”. Similiter ecclesia non potest cogere
 230 christianos religionem mendicantium vel monachorum intrare,
 quia hoc supererogationis est, et causa quare ad ea que supe-
 rerogationis sunt non potest ecclesia christianos compellere, est
 quia talia excessive sunt gravia, ad que christiani lege divina vel
 iure naturali minime obligantur. Quare ad ea prelati christianos
 obligare non debent, ne sint de numero illorum de quibus dicit
 235 Christus Matthei 23: “alligant autem onera gravia et importabi-
 lia et imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt
 ea movere”. Ad ea igitur que sunt excessive difficilia et gravia
 non potest ecclesia regulariter obligare fideles, licet ex causa et
 pro culpa ad talia possit aliquos obligare, quemadmodum aliqui-
 240 bus pro culpa precedenti matrimonium interdicit, et aliquos in
 monasteria etiam invitos statuit retrudendos. Cum igitur mortem
 suscipere et res suas amittere et gravia tormenta subire, et ta-
 lia consimilia, sint inter excessive gravia computanda, ecclesia
 per nullam constitutionem potest regulariter christianos in aliquo
 245 casu, in quo ad huiusmodi nec per legem divinam nec per le-
 gem nature nec per voluntatem spontaneam obligantur, astringe-
 re. Ad non communicandum autem corporaliter excommunicato,

225 ecclesia] *omitted* Bb 226 castitas] virginitas Ly 226 que]
omitted Ww 228 vel] ut Ly 228 monachorum] Minorum Ly 229 ea] eam
 An 233 obligare] obligari An *omitted* Fi 234 23] 13 An Fi Ly
 234 autem] enim Ww 238 aliquos] alios We 239 et] *omitted* Bb 239
 aliquos] alios We 240 invitos] iniustos Bb 241 – 242 talia] *omitted* We
 242 consimilia] consilia An Fi 242 computanda] deputanda Bb
 246 communicandum] quidem An Fi 246 autem] *omitted* Ly vero

226 32 q. 1 cap. 13 (*Virginitas*) col. 1119 234 Matthew 23:4

christiani nullo predictorum modorum tenentur vel artantur, quia si ad hoc aliquo predictorum modorum essent astricti, etiam de dispensatione pape non possent aliqui communicare excommunicatis, quod constat esse falsum. Ergo ecclesia regulariter per aliquam constitutionem generalem sub pena excommunicationis non potest **quemlibet** obligare ut nec metu mortis vel amissionis rerum corporaliter communicet excommunicatis. 250

Cum vero dicis quod ecclesia non haberet tunc plenitudinem potestatis, respondent quidam quod summe necessarium esset hiis diebus, quod per sapientes iuramentis et horribilibus comminationibus per reges ad veritatem dicendam artatos, declararetur que spectant ad plenitudinem potestatis quam ecclesia noscitur obtinere. Dicunt enim quod aliqui literati, ut beneficia ecclesiastica consequantur, ita ampliant plenitudinem potestatis ecclesie, quod omnem iurisdictionem laicalem, imo omne dominium et proprietatem laicorum in quibuscunque rebus temporalibus manifeste evacuant. Quod tamen scripture divine aperte repugnat, cum etiam infideles secundum scripturam sacram rerum temporalium habeant dominium et proprietatem, nec tempore apostolorum licuit ecclesie dominos infideles rebus temporalibus spoliare. 255 260 265

Discipulus: Quomodo evacuant aliqui omnem proprietatem et dominium laicorum.

Magister: Respondetur quod sunt quidam dicentes quod omne

247 christiani] autem *added* Ly Vgb 247 nullo ... vel] **neque per legem divinam neque per legem nature neque per spontaneam voluntatem** We 247 modorum] ad hoc *added* Ly 248 ad] *omitted* We 250 ecclesia] christianos *added* We 251 generalem] *omitted* Ly 252 *omitted* Bb An Fi 252 quemlibet] **Vc:** quomodolibet Ww 254 dicis] dicit Ly 256 sapientes] 257 per reges] et principes *added* Ly 257 declararetur] declarare An Fi declararentur We 258 spectant] expectant We 259 ut] *omitted* Bb An Fi 260 consequantur] consequuntur Bb An Fi 260 ecclesie] ecclesiastice An Fi Ly 263 aperte] *omitted* An

270 illud spectat ad plenitudinem potestatis ecclesie quod non obviat
legi divini vel legi nature, et in omnibus casibus omnes christiani
summo pontifici obedire tenentur. Quare cum non habere dominium
et proprietatem temporalium neque legi divine neque legi nature
275 repugnet, in hoc tenentur omnes laici summo pontifici obedire.
Quare summus pontifex potest ad libitum de temporalibus laicorum
disponere, et per consequens non sunt censendi ad laicorum
proprietatem et dominium pertinere.

Discipulus: De hac materia te exquisite interrogabo in tractatu
De dogmatibus Iohannis 22i, quare nunc tantummodo dic cur,
280 non obstante plenitudine potestatis ecclesie, ecclesia non potest
obligare christianos ut etiam pro morte vitanda non communicent
corporaliter excommunicatis.

Magister: Respondetur breviter a nonnullis quod hoc ad plenitudinem
potestatis ecclesie minime spectat, quia sicut plenitudo
285 potestatis ecclesie ad res laicorum, ut libere faciat de eis quicquid
sibi placuerit, minime se extendit, ita etiam plenitudo potestatis
ecclesie ad illa que supererogationis et gravia sunt nullatenus se
extendit, ut, scilicet, illa valeat imperare, licet suadere possit.

Discipulus: Hoc quod plenitudo potestatis ecclesie ad gravia
290 se minime extendit Capitulum Karoli quod ponitur dis. 19 cap.
In memoriam adversari videtur. Ibi enim sic legitur: “licet vix
ferendum ab illa sancta sede imponatur iugum, tamen feramus et
pia devotione toleremus”. Quibus verbis manifeste asseritur quod
ad gravia potestas summi pontificis se extendit, cum ‘vix ferenda’
295 sint inter gravia computanda.

270 ecclesie] ecclesiastice Bb An 271 vel] neque Ly 271 nature] naturali Ly
271 casibus] talibus We 272 tenentur] tenetur An 273 neque²] vel We 274
repugnet] repugnat Ly 280 ecclesie] ecclesiastice Bb An 284 ecclesie]
ecclesiastice An Fi Ly 284–285 minime ... ecclesie] *omitted* An 285 faciat]
faciant Ly 287 ecclesie] ecclesiastice An Fi Ly 288 valeat] valeant Bb An We
288 suadere] persuadere Ly 289 ecclesie] ecclesiastice An Fi Ly 290 ponitur
] in decretis *added* We 293 pia] pro Ly 295 sint] sunt Fi Ly

Magister: Respondetur quod Karolus loquitur de hiis que spectant ad officium summi pontificis. De aliis autem nequaquam intelligit. Unde si papa preciperet regi vel comiti quod daret nepoti suo aliquam civitatem vel castrum, imo duos florenos, sibi nullatenus obedire esset astrictus. Multo fortius si tale quid preciperet pauperi, non teneretur sibi parere. 300

Discipulus: Dic quomodo respondetur ad secundam difficultatem quam tetigi supra.

Magister: Ad illam respondetur per predicta, quia ubi aliquid a lege divina vel iure naturali noscitur esse prohibitum, ibi potest ecclesia gravissimam penam transgredientibus infligere, et ad servandum preceptum legis divine et legis nature catholicos obligare. Ubi autem non est nisi preceptum humanum, nisi ex causa rationabili non voluntaria, non potest ad servandum idem preceptum catholicos sub gravi artare pena quin saltem pro morte vitanda posset quis tale preceptum pretergredi. In tali enim casu epyeykes interpretatur legem humanam non esse servandam in illo intellectu quem verba prima facie sonare videntur. Sic, sicut allegatum est supra, Bonifatius martyr iuramentuum suum quod prestitit de non communicando hereticis interpretatus fuit, quam interpretationem Zacharias summus pontifex approbavit. Cum igitur communicare corporaliter excommunicatis non est prohibitum a lege divina neque a lege nature, per nullum preceptum humanum possunt regulariter christiani constringi quin pro morte vitanda possint communicare excommunicatis, licet ex 315 320

299 florenos] flore An 302 – 303 difficultatem] diffinitionem An We 303 quam] ego *added* Ly 303 supra] ante Ly 304 quia] quod Ly 306 – 307 gravissimam ... servandum] *omitted* Fi 308 nisi²] nec Fi 311 posset] possit Bb An Fi 312 epyeykes] epeikes An Fi epiyekos We epieikeia Ly 313 verba] verbo An verbi We 315 prestitit] prescipit Bb 318 est] sit We 320 licet] sed Ly 320 ex] pro Ly

312 Cf. Aristotle, *Nichomachean Ethics* V.10 314 1 Dial. 7.58

causa et pro culpa aliqui, et pro aliquo tempore omnes, possint
 astringi ne cum aliquo excommunicato communicent etiam pro
 morte vitanda. Unde et tale quid posset accidere circa papam
 hereticum, quod omnes christiani possent astringi ne communi-
 325 carent eidem etiam pro morte vitanda, sed hoc non est regulare de
 omnibus christianis omni tempore respectu omnium excommuni-
 catorum. Sed communicare excommunicato aliter quam corpora-
 liter, puta in crimine, vel in hiis que ad ecclesiasticum officium
 pertinent, quo excommunicatus fungi non potest, est prohibitum a
 330 lege divina. Ideo ibi potest ecclesia addicere penam excommuni-
 cationis, ut nullus christianus taliter communicet excommunicato
 etiam pro morte vitanda.

Capitulum 68

Discipulus: Aliqua que in precedenti capitulo recitasti aliqui-
 bus forsitan videbuntur obscura, que in tractatu De gestis circa
 fidem altercantium orthodoxam te faciam explicare. Ideo, illis
 5 omissis, dic qua pena receptatores pape heretici et sequacium
 eius sunt plectendi.

Magister: Circa hoc possunt esse opiniones contrarie. Una,
 quod pena hereticorum sunt plectendi quia heretici sunt censendi.
 Hec videtur esse opinio glosse Extra, *De hereticis*, cap. *Ex-*
 10 *communicamus* 1 § *Credentes*, que super verbo ‘receptatores’ ait:
 “sine quibus heretici manere diu non possunt, arg. ff. *De offic. pre-*
sid. lege *Congruit*, ff. *De receptoribus* lib. 1. Unde merito isti
 sunt puniendi: imo gravius delinquent, qui aliorum errores defen-
 dunt, et acrius puniri debent, 24 q. 3 c. *Qui aliorum*. Et ideo simili

322 ne] *omitted* Bb 323 et] etiam An Fi Ly 328 puta] ut *added* We 329
 pertinent] expectant We 330 addicere] adicere Ly addiscere An Fi
 2 precedenti] presenti Ly 2 capitulo] *omitted* Ly 3 forsitan] forsitan Ly
 11 sine] In We 12 lege] *omitted* Ww 12 congruit] et *added* Ww 13 qui]
 quia Ly 13 aliorum] aliorum An Fi 13 errores] errorem Ww 14 et¹ ...
 debent] *omitted* Ww

9–10 Gloss, s.v. receptatores, col. 1683

pena cum hereticis puniuntur, 11. q. 3 c. *Qui consentit*". Ex quibus verbis datur intelligi quod receptatores hereticorum gravius delinquunt quam heretici et simili pena puniendi sunt. 15

Alia est opinio quod illi qui solummodo sunt receptatores hereticorum et non approbant errores eorum, licet timore vel cupiditate tracti aut ex aliqua causa mala eos nolint de terra sua fugare nec etiam detinere, non sunt heretici reputandi, nec sunt quoad omnia pena hereticorum plectendi, quia legitime *sanctiones* inter hereticos et receptatores hereticorum expresse distinguunt, et taxantes penam receptatorum hereticorum moderatiorem penam infligunt, sicut patet Extra, *De hereticis, Excommunicamus 1*, § *Credientes*. Hoc etiam ex eodem capitulo § *Moveantur* colligitur evidenter, ubi sic legitur: "si vero dominus temporalis, requisitus et monitus ab ecclesia, suam terram purgare neglexerit ab heretica feditate, per metropolitanum et ceteros conprovinciales episcopos excommunicationis vinculo innodetur, et, si satisfacere contempserit infra annum significetur hoc summo pontifici, ut ex tunc ipse vasallos ab eius fidelitate denunciaret absolutos, et terram exponat catholicis occupandam, qui eam, exterminatis hereticis, absque ulla contradictione possideant". Ex quibus verbis datur intelligi quod dominus temporalis, licet sit receptator hereticorum, utpote quia quamvis requisitus et monitus ab ecclesia terram suam non purgat ab heretica pravitate, non est statim omni pena hereti- 20 25 30 35

18 qui] *omitted* Bb 18 solummodo] solum Ly 20 aut] ac We 20 eos] *omitted* Fi 20 nolint] nolunt An Fi Ly 21 non] *omitted* An 21 sunt²] etiam Ly 22 quia] per *added* Bb 22 legitime] multi Ly 22 sanctiones] scientes Bb An Fi Ly 23 hereticorum] et *added* Fi 25 *omitted* Bb An Fi We Ly 26 etiam] autem Ly 27 sic] *omitted* Ly 28 neglexerit] *omitted* Bb An Fi Ly 30 vinculo] periculo Bb An Fi Ly 32 fidelitate] infidelitate An 32 exponat] exponet Ly 33 exterminatis] extractis Bb We ex tunc An 34 verbis] *omitted* Ly 37 statim] ab *added* An per eam Ly 37 omni] omnium Ly *omitted* Fi

corum plectendus, quia bona sua sunt statim minime publicanda,
nec terra sua est ab aliis catholicis occupanda, quam tamen pe-
40 nam heretici ipso facto incurrunt, quia hereticus etiam occultus
de iure nichil possidet (dis. 8 *Quo iure*).

Discipulus: Ista secunda opinio magis videtur michi consona
statutis sanctorum patrum, ideo quomodo ad glossam que videtur
esse in contrarium respondetur declara.

45 **Magister:** Dupliciter respondetur. Uno modo, quod glossa non
est autentica, et aperte veritati repugnat, ideo est neganda. Nec
videtur inconueniens negare glossas decretorum, cum etiam ipse
textus decretorum aperte negetur eo quod in textu assertiones er-
ronee inserantur. Sicut patet 23 q. 4 § *Sed obiicitur*, ubi narrat
50 Gratianus, quod tempore Achab missi fuerunt duo quinquagenarii
ad Helyam qui dicerent: “homo Dei, rex Israel vocat te”. Quod ta-
men est heresis explicite condempnata, quia contraria veritas est
explicite approbata, videlicet, quod hoc accidit tempore Ochozie,
mortuo rege Achab, quia in scriptura divina invenitur expresse,
55 et ipse Gratianus, si dicto illo pertinaciter adhesisset, fuisset he-
reticus manifestus. Si ideo non fuit hereticus, **hoc accidit** quia
ex sola ignorantia absque omni pertinacia dixit predictam here-
sim opinando, quod sibi ex hoc contingit quod memoriam libri
Regum tunc actualiter non habebat. Unde super verbo ‘Achab’
60 dicit glossa: “confundit historiam, non enim Achab misit illos

38 sua] non *added* Ly 38 minime] *omitted* Ly 39 aliis] his Ly 39 catholicis] statim *added* Ly
39 tamen] *omitted* Ly 40 quia] papa *added* Ly
44 declara] et *added* We 47 ipse] iste Ly 48 aperte] accipere An 49 23] 22 Fi 49 4] 10 Fi
49 §] *omitted* Bb An Fi Ly 51 dicerent] ei *added* We 53 explicite] *omitted* We
53 videlicet] quia Ly 54 quia] *omitted* Ly 55 illo] illi Ly 56 si ...
hereticus] *omitted* Ly 56 hoc accidit] **Kn:** *omitted* Ww 56 quia] autem
added Ly tamen *added* 58 quod²] quia Ly 58 memoriam] ystorie *added*
We 60–62 dicit ... achab] *omitted* Bb 60 confundit] confudit Ly

41 cols. 12-13. Cf. Gloss, s.v. nam iure divino, col. 22 49 Gratian, *dictum*
post c. 29, col. 913. 50 Cf. 2 Kings 1:9 ss. 59 col. 1316

quinguagenarios sed rex Ochozias, nec etiam illud contingit tempore Achab, sed illud contingit sub Ochozia”. Et ita patet quod etiam glossa negat textum libri decretorum. Glossa etiam in pluribus locis reprobatur Gratianum, sicut patet 11 q. 3 § *Evidenter itaque*, et 2 q. 3 § 1, et in aliis locis pluribus. Et ideo dicunt quod multo fortius licet negare glossas que, ut dicunt, nonnunquam divine scripture repugnant. Interdum etiam canonicas sanctiones allegant inepte, quod, ut dicunt, ex hoc accidit quod glossatores in scripturis sacris et scientiis philosophicis nequaquam periti fuerunt, et ideo quamplura capitula iuris canonici ex scripturis divinis et originalibus sanctorum accepta nequaquam profunde et perfecte intelligere potuerunt. 65 70

Aliter dicitur quod glossa predicta non dicit receptatores hereticorum gravius delinquere quam hereticos et consimiliter puniendos, sed transeundo de receptatoribus hereticorum ad defensores hereticorum, dicit defensores hereticorum gravius puniendos et gravius delinquere, quod bene intellectum de defensoribus hereticorum continet veritatem. 75

Capitulum 69

61 nec] non Bb An Fi We 62 contingit] tempore Achab sed illud contingit *added* Bb 63 decretorum] Et *added* We 64 reprobatur] repugnat We 64 §] *omitted* Bb An Fi Ly 65 2] 12 Bb Fi We Ly 65 3] **Ox**: 1 Ww 65 §] cap. Ly 66 multo] multos An 67 canonicas] catholicas Ly 70–71 iuris ... accepta] *omitted* Fi 74 delinquere] de iure Ly 74 et] aut Ly 75 receptatoribus] receptantibus Bb An 75 defensores] defensores Ly 76 dicit ... hereticorum²] dicit eos Ly *omitted* An Fi 76–77 gravius ... delinquere] **gravius delinquere et consimiliter puniendos** We 76 et] quod *added* Ly 77 delinquere] deliquerunt Ly 77 intellectum] **Na Sa Ce Pa**: intelligendum Ww intelligitur Es To Ba Fr est *added* Ly 77–78 hereticorum] *omitted* Bb et *added* Ly

64–65 Gratian, *dictum post c.* 24, col. 651. Cf. Gloss, s.v. ab ingressu, s.v. Item Gregorius, col. 932

Discipulus: Post inquisitionem distinctam licet propter amplitudinem materie brevem de credentibus, fautoribus, defensoribus, et receptatoribus hereticorum, peto ut absque probationibus magnis, causa prolixitatis vitande, dicas secundum aliquam opinionem an omnes credentes, et similiter omnes fautores, et omnes defensores, et omnes receptatores pape heretice et aliorum hereticorum sint equaliter reprehensibiles iudicandi.

Magister: Respondetur quod aliquos esse magis vel minus aut equaliter reprehensibiles iudicandos dupliciter potest intelligi, scilicet, secundum iudicium divinum, et humanum. Secundum iudicium divinum, illi sunt magis reprehensibiles iudicandi qui ex maiori contemptu Dei vel ex maiori negligentia peccant in aliquo predictorum. Hoc autem est notum soli Deo.

Discipulus: Non intendebam querere nisi qui essent reprehensibiles iudicandi secundum humanum iudicium, et hoc non simpliciter, sed quoad aliquid et quoad quid. Nolo enim intricatas et secundum aliquos fantasticas questiones in hoc opere pertractari.

Magister: Ad intentionem tuam dicunt nonnulli quod, secundum humanum iudicium, credentium hereticis et heretice pravitate gravius peccant literati quam illiterati, quia literati, ceteris paribus, possunt facilius cognoscere veritatem. Item, inter literatos gravius peccant, ceteris paribus, theologo quam alii, et inter theologos gravius peccant illi qui magis nutriti fuerunt in contraria veritate. Si enim aliquis papa vel alius dogmatizaret et asserere conaretur errores quorundam magistrorum Parisiensium a

2–3 amplitudinem] ampliacionem Ly 4–5 magnis] maximis Ly 5 secundum] omitted Ly 6 similiter] si added Ly 7 defensores ... omnes] omitted Bb 10 equaliter] aliquid An Fi 11 et] vel We secundum added We 12 divinum] omitted Fi 13 in] omitted An Fi 14 est] omitted An Fi 16 non] omitted Bb 17 enim] omitted An 20 credentium] credentes We 22 item] omitted We 22–23 inter literatos] omitted Ly autem added We 24 gravius] magis An Fi 25 veritate] omitted An 25 dogmatizaret] dogmatizare We 26 parisiensium] scilicet added Ly

26–27 Ockham, CI 28 (OP, III, 114ss.)

summis pontificibus condempnatos, qui statum mendicantium, scilicet Predicatorum et Minorum, erronee dampnaverunt, inter omnes credentes erroribus illis pape vel alterius, Predicatores et Minores gravius delinquere noscerentur. Quia quanto magis aliquis cognoscit vel habet cognoscere veritatem, tanto magis peccat si veritatem negat eandem. Cum ergo ad Predicatores et Minores specialissime spectat cognoscere veritatem status sui, magisque quam alii sint in notitia status sui nutriti, si, cupientes pape placere vel ex alia causa credent erroribus quibus status dampnatur eorum, magis quam alii, ceteris paribus, peccare noscuntur. Et si illi errores in fidem impingunt, non solummodo ordinum suorum sed etiam proditores christianitatis sunt censendi, nec unquam christianitas poterit de eis confidere tempore temptationis. Si enim ille est proditor veritatis qui non libere pronuntiat veritatem quam pronuntiare oportet (11 q. 3 *Nolite*), multo fortius ille est proditor veritatis qui credit errori quem antea reputavit errorem. In casu ergo predicto et in omni consimili Predicatores et Minores ultra omnes peccarent huiusmodi credendo erroribus. Inter ipsos autem gravius peccarent literatiores, sive essent magistri sive discipuli. Sepe enim hiis diebus discipuli superant magistros in veritatis cognitione. Nam quia acceptatores personarum ad magisterium ambitiosos exaltant, plures magistri istis temporibus rursus indigent ut doceantur que sunt elementa exordii sermonum Dei, et

27 condempnatos] condempnantes Bb 28 erronee] errores An Fi 28 dampnarunt] dampnaverint Fi Ly 29 alterius] alteri Ly 31 veritatem] status sui *added* Ly 32 eandem] *omitted* Bb 33 spectat] spectet An Fi expectat We 33 magisque] magis Ly 35 credent] credunt Ly 37 impingunt] impingunt Ly 38 etiam] *omitted* Bb 41 11] 2 Ly 41 nolite)] Notate Ly 42 reputavit] reputaverit Bb 43 minores] maiores Ly 44–45 huiusmodi ... peccarent] *omitted* Fi 45 peccarent] peccant Ly 45 literatiores] literati Ly

50 facti sunt quibus lacte opus sit, non solido cibo, et ideo litera-
tiores, sive sint discipuli sive magistri, gravius peccant credentes
erroribus.

Discipulus: Qui peccant gravius inter fautores pape heretici
et sequacium eius.

55 **Magister:** Respondetur quod reges et principes scienter fa-
ventes pape heretico, ratione potentie temporalis qua absque pe-
riculo temporali valent sibi resistere, gravius peccant quam alii.
Nam alii, qui non tanta vallantur potentia, absque forte aliquali
60 periculo pape heretico resistere non valerent, et ita timor periculi
attenuaret peccatum eorum. Et ex isto concluditur quod, quan-
to aliqui maiorem defensionem haberent quam alii, tanto gravius
peccarent pape heretico favendo. Si enim aliquis rex vel princeps
omnes resistentes pape heretico in dominio suo manentes defen-
deret, vel eos minime impugnaret, multo gravius delinquerent qui,
65 manentes in dominio illius regis vel principis, si pape heretico
aliquo modo faverent, quam alii commorantes in dominiis
regum et principum qui resistentes pape heretico nequaquam
defende- rent sed persequerentur, vel persequi et molestari ab
aliis minime prohiberent.

70 **Discipulus:** Mirum videtur quod reges et principes in hoc casu
gravius peccarent quam prelati, cum magis pertineat ad prelatos
obviare pape heretico quam ad reges et principes.

Magister: Respondetur quod quidam prelati inter principes,
ratione temporalis potentie, computantur, et ideo illi prelati fa-
75 vendo pape heretico peccarent gravissime, quia peccatum alio-
rum aliquo modo attenuaret timor periculi temporalis. Cum vero
dicis quod ad prelatos magis spectat obviare pape heretico quam

50 non] *omitted* Bb 51 – 53 peccant... gravius] *omitted* Fi 54 sequacium]
sequaces An Ly 56 qua] etiam *added* We 56 – 57 periculo] periculi Bb
etiam *added* Bb Ly et *added* An We 59 valerent] videntur Ly 60 et]
omitted We Ly 60 isto] autem *added* Ly 60 – 61 quanto] quando Bb Fi 64
eos] *omitted* Ly 64 multo] *omitted* Bb An 65 vel] *omitted* Bb 65 si]
omitted Ly 68 vel persequi] sed persequerentur Bb 68 ab aliis] *omitted* Bb
69 prohiberent] prohibent Bb 77 prelatos] temporales et *added* Ly
77 spectat] pertinet We magistros Ly 77 obviare ... heretico] *omitted*
Ly

ad reges et principes, respondetur quod ad omnes spectat obviare pape heretico, quia, sicut notat glossa Extra, *De hereticis, Vergentis*: “quod in religionem divinam committitur, in omnium fertur iniuriam, et publicum crimen committitur, Codice, eodem titulo, lege *Manichaeos*”. Sic etiam, ut habetur dis. 1: “ius publicum est in sacris et sacerdotibus et magistratibus”, ubi dicit glossa “unde qui ledit sacerdotes, vel res sacras, ab omnibus tanquam pro publico crimine potest accusari”. Multo magis ius publicum in fide christiana consistit, et multo fortius qui ledit et impingit fidem catholicam tanquam pro publico crimine potest ab omnibus accusari, quare omnes tenentur pape heretico tanquam publicum crimen committenti resistere. Et ita ad reges et principes spectat pape heretico obviare. Et hoc similiter spectat ad prelatos qui etiam inter principes nullatenus numerantur, sed quodammodo aliter. Quia ad reges et principes spectat contra papam hereticum exercere potentiam temporalem, nisi essent aliqui qui vellent sponte ex instinctu divino subire martyrium, quemadmodum legio Thebeorum ad martyrium se sponte obtulit, licet, si voluisset, armis materialibus restitisset.

Ad prelatos autem qui non sunt principes, spectat scripturarum testimoniis et sanctis exhortationibus, secularis auxilii brachium invocando, pape heretico obviare. Porro quia reges et principes essent extra timorem periculi quamvis papam hereticum impu-

78 ad¹] *omitted* Ly 78 principes] etc. *added* Ly 79–80 *vergentis*] *Urgentis* Ly Vg 81 committitur] committit Ly 81 codice] cap. Ww 81 eodem] erunt Ly 4 An Fi We 81 titulo] et Ly 82 lege] *omitted* Ww 82 sic] Si Bb An We 83 et¹] in *added* Ly 83 unde] *omitted* Ly 84 sacerdotes] *omitted* An Fi 86 et²] vel We 86 in] *omitted* An Fi 88 quare] quia An Fi 89 committenti] committi An

89 et ita] *omitted* Ly 89 reges] igitur *added* Ly

90 similiter] etiam Fi Ly 90 spectat] expectat We 98 testimoniis] sermonibus Ly

79–80 Gloss, s.v. longe sit gravius, col. 1676 82 c. 11, col. 3 83 Gloss, col. 6

gnarent, multi autem prelati absque periculo temporali papam hereticum impugnare non possent, ideo reges et principes pape heretico favendo gravius peccarent quam prelati in periculo constituti. Et etiam religiosi ac predicatorum et doctores qui essent
 105 extra periculum quamvis papam hereticum impugnarent, favendo pape heretico gravius peccarent quam reges et principes, pro eo quod maiorem habent notitiam veritatis, et ad opera spiritualia, inter que impugnatio pape heretici non obtinet infimum locum, se artius obligaverunt.

110 **Discipulus:** Nunquid sufficit regibus et principibus defendere impugnantes papam hereticum.

Magister: Respondetur quod non, quia si non potenter, cum potuerint, impugnaverint papam hereticum, sed solummodo defenderint impugnantes, non erunt calidi nec frigidi sed tepidi, et
 115 ideo incipiet eos Deus evomere de ore suo. Et consimiliter esset iudicandum de regibus et principibus si aliquos sequaces viles et pauperes pape heretici acriter invaderent, et ipsum papam hereticum satagerent excusare. Tales enim nequaquam adverterent illud Deuteronomi 1: “ita parvum audietis ut magnum nec accipietis cuiusquam personam quia Dei iudicium est”. Quod non
 120 attendere, quamvis in omnibus iudiciis et potestatem habentibus sit dampnabile, tamen in regibus et principibus multo dampnabilius et ignominiosius esse dinoscitur. Acceptio enim pape heretici in regibus et principibus qui eius potentiam temporalem

101 possent] possunt Ly 103 in] *omitted* Bb 104 et ¹] Verumtamen prelati et We 104 predicatorum] priores Ly 104 et doctores] *omitted* Fi 105 hereticum] non *added* Ly 107 et] se *added* Ww 108 impugnatio] impugnando An 108 obtinet] obtinent Bb 113 potuerint] poterint Ly 114 sed tepidi] *omitted* Bb 115 eos] *omitted* An Fi We 115 consimiliter] cum similiter Bb 116 aliquos] alios Ly 119 ita] *omitted* Ly 120 cuiusquam] cuiuslibet Ly 120 quod] Cor Ly 121 attendere] attende Fi accendere et Ly 121 et] *omitted* Ly 123 enim] persone *added* Fi Ly 124 in] **inferioribus regibus et principibus per timorem potentie eius potest aliquantulum actuari sed acceptio pape heretici in** *added* WeBa

114–115 Revelation 3:16 119 Deuteronomy 1:17

nullatenus pertimescunt, vel contemptui fidei christiane, aut nimis defectu zelī ad fidem catholicam, aut avaritie effrenate, vel pusillanimitati, aut stolide fatuitati, vel alicui *alii* vitio quod dignitati regie et principum est probrosum, debet ascribi. 125

Discipulus: Dic qui inferiores regibus et principibus gravius peccant favendo pape heretico, utrum videlicet prelati vel doctores, clerici seculares vel religiosi. 130

Magister: Respondetur quod quo ad aliquid prelati gravius peccant quam doctores. Quia enim prelati curam simplicium susceperunt, et eos non diligenter informant contra errores pape heretici, quantum ad hoc gravius peccant quam magistri qui curam illorum minime gerunt. Illi autem qui sunt prelati et doctores gravissime peccant. Ratione autem scientie maioris qua pollent doctores ultra prelatos simplicis literature, gravius peccant doctores quam prelati huiusmodi. Religiosi autem, ceteris paribus, gravius peccant favendo pape heretico quam clerici seculares, inter quos illi peccarent gravissime quorum statum vel aliquid contingens statum eorum papa hereticus erronee condempnaret. 135 140

Discipulus: Qui peccant gravius, fautores pape heretici vel credentes erroribus pape heretici.

Magister: Respondetur quod si sunt aliqui fautores pape heretici qui non sunt credentes eius erroribus, credentes eo quod sunt heretici gravius peccant quam fautores qui non sunt credentes. Aliter dicitur quod quia fautores peccant scienter si non sunt credentes, credentes vero ignoranter peccant, fautores gra- 145

125 aut] stolide fatuitati aut *added* Ly 125 nimis] nimio Ly dissoluto *added* We 126 defectu] defectum Bb An Fi We 126 catholicam] christianam Ly 127 fatuitati] vanitati Ly 127 alii] alio Bb An Fi Ly 127 vitio] vitii Bb 128 regie] regum We 128 et] etiam *added* Ly 132 quo] *omitted* Fi 133 prelati] *omitted* Bb 134 et] si non We 134 non] *omitted* An We 134 informant] informaverunt An Fi Ly 134–135 heretici] *omitted* Ly 136 illorum] *omitted* Bb aliorum We 137 pollent] prepollent Ly 138 simplicis] simplices An Fi Ly 145 sunt] sint Ly 148 si non] et illi qui Ly 149 credentes²] *omitted* Bb Ly 149 vero] *omitted* Ly 149 peccant] et *added* Bb An Fi

150 vius peccant quam credentes.

Discipulus: Qui peccant gravius, fautores vel defensores pape heretici.

Magister: Respondetur quod quia omnis defensor hereticorum est fautor eorum et non econverso, ideo qui sunt defensores pape heretici gravius peccant quam qui sunt tantummodo fautores.

155 **Discipulus:** Qui peccant gravius inter defensores pape heretici.

Magister: Respondetur quod inter defensores scienter pape heretici, gravius peccant reges et principes ac potentes qui potentiam pape heretici non formidant. Inter defensores autem ignoranter pape heretici qui laborant ignorantia crassa et supina, *gravius peccant prelati et doctores et religiosi, quia ignorantia crassa et supina dampnabilior est in eis* quam in regibus et principibus qui rebus secularibus ex officio sunt intenti.

165 **Discipulus:** Dic de receptatoribus pape heretici, qui gravius peccant.

Magister: Respondetur quod quanto receptatores pape heretici *muniuntur* maiori potentia temporali et minus timent potentiam temporalem pape heretici, tanto gravius peccant. Et ideo gravius
170 peccaret rex potens receptando papam hereticum quam dux vel baro, aut castrum vel civitas, nisi ex aliqua causa rex plus haberet timere potentiam temporalem pape heretici quam alius minoris potentie temporalis. Et ex isto concluditur quod, ceteris paribus, inter omnes reges et principes, ille qui esset maioris potentie et

153 quod] *omitted* Ly 154 ideo] *omitted* An 156 inter] vel An
158 scienter] *omitted* Bb An We 159–160 potentiam] potentia An 160 pape] *omitted* Fi 161–163 gravius...eis] dampnabilior est in prelati et gravius peccant (et doctores et religiosi) Bb An Fi dampnabilior est in prelati et gravius peccant (et in doctoribus et religiosi) Ly gravius peccant prelati et doctores et religiosi quia ignorantia crassa et supina dampnabilior est in prelati et doctoribus et religiosi Ba 161–164 gravius...intenti] ignorantia talis dampnabilior est in prelati quam in regibus et principibus qui rebus secularibus ex officio sunt intenti, et gravius peccant prelati et doctores et religiosi Vc 167 quanto] quando Bb An Fi We 168 muniuntur] muniuntur Ly Bb An Fi 170 receptando] recipiendo Fi Ly 173 et] *omitted* We 173 isto] istis Ly

quem plus timeret papa hereticus, *gravius* contra Deum et christianitatem delinqueret si papam hereticum minime impugnaret. 175

Capitulum 70

Discipulus: De papa heretico ac credentibus, fautoribus, defensoribus, et receptatoribus pape heretici, ut modo michi videtur, nonnulla discussimus. Nunc autem rogo ut de gravitate periculi tempore pape heretici, si unquam aliquis papa a fide deviat catholica, perscruteris, an scilicet tempore pape heretici grave imminebit periculum christianis. 5

Magister: Interrogatio tua, ut eam proponis, aliquid supponit et aliquid querit. Supponit enim quod aliquis erit papa hereticus. Querit autem quale tunc periculum christianis instabit. De illo vero quod supponit fuerunt opiniones, quibusdam dicentibus quod erit futurus papa hereticus, aliis dicentibus quod temerarium fuit et est dicere quod erit papa hereticus, et temerarium est negare. Circa illud etiam quod interrogatio tua querit, sunt diverse opiniones. Una est quod, si unquam aliquis papa erit hereticus, non grave periculum fidelibus imminebit, quia cardinales, prelati, et magistri statim sibi resistent, quibus reges et principes ac alii seculares potenter assistent, et ideo statim perfidiam pape heretici extirpabunt. Alia est opinio que de futuris non reputat divinandum. Tenentes enim opinionem illam dubitant quod si unquam erit papa hereticus, gravissimo periculo catholici exponentur, ita quod timent quod maius instabit periculum christianis si aliquis 10 15 20

175 *gravius*] *omitted* Bb An Fi

2 ac] aut Ly 3 et] *omitted* Ly 3 heretici] licet breviter *added* We
6 tempore] *omitted* An Fi 10 instabit] imminebit We 10 illo] isto Ly 11
quibusdam] quidam Bb 12 erit] erat Bb esset An Ly 12 futurus] futuris
Bb 12 papa hereticus] *omitted* Bb 13 erit] esset An 15 erit] fuerit Ly esset
An 17 quibus] aliqui etiam Ly 18 statim] *omitted* An Fi Di 20 enim]
tamen We 21 erit papa] *omitted* Fi

papa diu victurus erit hereticus quam si tota christianitas a sarracenis vel aliis infidelibus caperetur.

25 **Discipulus:** Miror quod aliqui de hoc valeant dubitare, quia si sarraceni omnes regiones christianorum per potentiam subiugarent, omnes christianos extinguerent vel subderent servituti. Papa autem hereticus hoc minime attemptaret, et ita ista opinio ratione carere videtur. De te tamen motivum eius audire desidero.

30 **Magister:** Si affectas scire motivum eorum, primo opinionem eorum intelligas.

Discipulus: Puto quod intelligo.

Magister: Non apparet, quia tu videris intelligere de periculo temporali. Ipsi autem principaliter intelligunt de periculo spiri-
35 tuali, quamvis etiam secundo intelligant de periculo corporali, quia dubitant quod papa hereticus, nisi refrenetur timore catholicorum, cogitabit omnes christianos extinguere vel cogere aliam sectam suscipere.

Discipulus: Narra motivum eorum, intelligendo de periculo
40 spirituali.

Magister: Motivum eorum est tale. Quanto quis pluribus modis quorum nullus impedit alium, sed quilibet efficacior sit per quemlibet, nititur aliquem expugnare, tanto illum citius superabit vel dubitandum est quod citius superabit. Sed papa, si erit hereticus, pluribus modis quam sarraceni, quibus tota christianitas non
45 posset corporaliter obviare, conabitur populum christianum expugnare et spiritualiter iugulare. Modi autem impugnandi quibus uteretur essent eque efficaces vel efficaciores quam modum impugnandi sarracenorum. Unusquisque modus alium nequaquam

23 erit] est Ly 28 ista] istorum Ly 29 de te] Et We 29 eius] eorum Ly Fi 30 scire] audire Di 30 eorum] eius Vc 29 – 30 audire... eorum] *omitted* Fi 34 temporali] specialiter *added* Ly 34 principaliter] specialiter An Fi *omitted* Ly 34 intelligunt] intelligent Bb 42 nullus] unus non Ly 43 superabit] expugnabit Ly 44 quod] si Ly 44 papa] *omitted* An We 44 erit] esset Ly 45 sarraceni] saracenus We 48 uteretur] utiretur Bb

impediet, sed quilibet quemlibet efficacior reddet. Ergo papa, si erit hereticus, citius quam sarraceni populum christianum spiritualiter superabit, vel dubitandum est quod citius superabit. Spiritualiter autem superari et in anima cruciari periculosius est et peius quam morti succumbere corporali. Ergo gravius periculum imminet vel poterit imminere populo christiano si papa efficietur hereticus quam si sarraceni totam terram christianorum subderent ditioni.

Discipulus: Qui sunt illi modi quibus papa, si esset hereticus, catholicos et christianos populos impugnaret.

Magister: Respondetur quod catholicos et sibi resistentes forte non minus acerbe quam sarraceni corporaliter procuraret invadi. Quia mandaret episcopis et inquisitoribus heretice pravitate ut eos ubicunque possent satagerent captivare, et nisi a suo proposito resilirent, eos traderent curie seculari, qui, ut pape heretico complacerent et ab eo aliquod beneficium obtinerent, tanquam belue crudelissime mandatum pape heretici totis viribus conarentur effectui mancipare. Secundo, papa, si esset hereticus, per scripturarum testimonia ad suum sensum intorta christianos invaderet et multos ad suam traheret voluntatem, eo quod intelligentiam scripturarum nequaquam habentes ad verum intellectum pervenire nescirent. Tertio, impugnaret christianos per speciem veritatis et religionis, cui non adherere videretur multis stultum et insanum. Quarto, impugnaret catholicos per ecclesiasticam auctoritatem, cui non obedire putaretur a nonnullis inobedientie crimen incurrere.

Discipulus: Probabile michi videtur quod istis modis et aliis

50 reddet] reddit Bb An Fi 51 erit] esset Ly 52 spiritualiter] *omitted* Ly 52 vel ... superabit²] *omitted* An Ly 54 corporali] corporaliter Fi Ly 55–56 efficietur] efficeretur Fi Ly esset An 64 traderent] traderet Bb An 64 qui] quia An 65 complacerent] explaceret Fi 68 intorta] intota An Fi retorta Ly 70–71 pervenire] venire Ly 71 impugnaret] impugnarent Bb 74 inobedientie] inobedientes Bb 76 et] *omitted* Bb

papa, si esset hereticus, niteretur christianos suis erroribus subiugare et eos spiritualiter iugulare. Sed christiani sibi nequaquam acquiescerent, imo nec etiam tolerarent, sed statim de eo facerent
 80 iustitiae complementum. Quare cum ipse esset unus cui omnes resisterent christiani, sarraceni autem quamplurimi, nullo modo tantum posset imminere periculum si papa efficeretur hereticus sicut si sarraceni sibi terram christianorum subiicerent.

Magister: Respondetur quod si christiani vellent pape heretico
 85 obviare, non incumberet eis tantum periculum spirituale sicut si sarraceni regiones christianorum sibi subiicerent. Sed dubitant isti quod multitudo christianorum pape heretico nullatenus obviaret, imo suis erroribus adhereret, ipsique sponte faveret.

Discipulus: Unde posset accidere quod multitudo christianorum pape heretico adhereret.
 90

Magister: Dicunt quod ex multis causis forte accideret, et aliqui adhererent ex una causa, alii ex alia.

Discipulus: Enumera aliquas causas ex quibus posset accidere.

Magister: Dicitur quod una causa ex qua aliqui pape heretico
 95 adhererent est falsa et erronea estimatio quam habent nonnulli de papa.

Discipulus: Que est illa falsa et erronea estimatio.

Magister: Respondetur quod est multiplex. Quidam enim putant quod papa non potest peccare, quemadmodum quidam Sergiani, ut in quodam *libro* antiquo legi, in favorem Sergii pape tradiderunt. Unde quidam, ut audivi, hiis temporibus publice dicunt quod papa est deus in terris, non quidem sicut omnes sacerdo-

78 et] ut Ly 78 iugulare] iugularet Ly 81 autem quamplurimi] antequam plurimi Bb 85 spirituale] spiritualiter Ly 88 adhereret] inhereret Ly 92 causa] et *added* We 92 alii ... alia] *omitted* Bb 97 estimatio] *omitted* An 98 est] *omitted* Bb 99–100 sergiani] imaginantur Ly 100 ut] quod Ly 100 libro] loco Bb An Fi Ly

100 1 Dial. 2.27; 1 Dial. 7.28 101–102 1 Dial. 2.25; 1 Dial. 6.52

tes dicuntur dii, qui tamen peccare possunt, sed sic ut malefacere nequaquam possit, et in terris omnia que vult possit. Quidam putant quod papa contra fidem errare non potest. Quidam putant quod licet papa peccare et errare possit contra fidem, de omnibus tamen que facit debemus supponere quod sint bene facta, et de nullo quod facit licet nobis iudicare quod sit male factum. Quidam putant quod licet valeamus reputare aliqua facta pape esse mala et male facta, tamen nulli licet christiano papam arguere vel iudicare, reprehendere, aut aliquam contra eum iudicialiter ferre sententiam. Et ex hiis quattuor estimationibus falsis de papa, et ex qualibet illarum, accideret quod, papa effecto heretico, ei christiani aliqui adhererent.

Discipulus: Prime due estimationes false michi videntur. De quarta autem tractatum est prius. Ideo dic secundum istos in quo tertia estimatio a veritate recedit.

Magister: Dicitur quod quantum ad omnia que non possunt bono animo fieri est contraria veritati. Quicquid enim papa fecerit quod non potest bono animo fieri, nec recta intentione, licet cuilibet hoc scienti iudicare de papa quod male facit et inique, et quod peccat mortaliter. Unde si viderem papam fornicantem, vel simoniam committentem, vel mentientem in doctrina religionis aut in proximi nocumentum, vel innocentem aliquem diffamantem, vel aliquid contra Deum precipientem, aut aliquid huiusmodi, liceret michi et deberem iudicare, non quidem iudicialiter sed certa credulitate, papam peccare mortaliter.

Discipulus: Secundum istam sententiam ita passim liceret iudicare de papa quod malefaciat sicut de quocunque alio christia-

105 quod ... putant] *omitted* Fi 106 fidem] facit An Fi 111 iudicare] iudicialiter We 112 ferre] facere Bb An 112 et] *omitted* Fi 113 qualibet] quibus An 113 illarum] earum Ly 114 ei] et Fi 114 adhererent] adhererent Ly 117 recedit] recedet An 120 fieri ... intentione] **et recta intentione fieri** We 121 male] mala Bb 121 facit] faciat An Fi 122 viderem] videretur An 122 vel] *omitted* Ly 128 passim] possem Ly 128 liceret] licite Ly 129 malefaciat] malefacit Bb Ly 129–130 christiano] christianorum Ly

130 no.

Magister: Respondetur quod non, quia multa licent pape que aliis illicita dinoscuntur. Et ideo de talibus, si faciat ea papa, non licet iudicare quod papa malefaciat, de aliis tamen hoc licet.

135 Propter quod, quia sunt aliqua que sunt illicita pape que tamen aliis licent, de talibus licet iudicare quod papa peccat, sed de aliis hoc minime licet.

Discipulus: Videtur quod isti parum reputant de persona pape, licet forte de officio pape multum estiment.

140 **Magister:** Isti reputant papam hominem mortalem, peccabilem, innumeris periculis spiritualibus expositum. Multos autem summos pontifices qui fuerunt, reputant fuisse viros sceleratissimos, omni confusione dignos, et quod hoc licet asserere et sentire, et ita de quolibet summo pontifice licet hoc sentire in speciali, quandoque facit aliquid, et constat eum posse facere quod bono

145 animo nequaquam facere potest. Unde assertionem qua dicitur quod debemus reputare bene factum quicquid fecerit, heresim perniciosissimam et periculosissimam arbitrantur.

Discipulus: Suntne aliquae alie estimationes false et erronee que facerent multos pape heretico adherere.

150 **Magister:** Respondetur quod sic. Putant enim quidam quod

131 licent] licerent An Fi 133 malefaciat] ea *added* Ly que tamen *added* Fi 133 de] *omitted* Fi 133 tamen] *omitted* Fi Ly 133 hoc] *omitted* Fi non *added* Ly 133 licet²] licent Fi 133 – 135 propter ... licent] *omitted* Fi 134 propter] Papa An Fi We Patet Ly 134 quod] hoc Ly 135 licent] et *added* Ly 135 talibus] vero *added* 137 videtur] autem *added* Ly 138 estiment] existiment We 138 – 139 estiment... mortalem] *omitted* Fi 140 expositum] subiectum Ly 141 – 142 sceleratissimos] scelestinos Bb An sceleratos We 142 quod] quia Ly 144 quandoque] quodocunque We 144 facit] *omitted* We 144 aliquid] *omitted* We 144 et] *omitted* We 144 posse] *omitted* We Ly 144 facere] aliquid *added* We

cohercio pape heretici spectat solummodo ad concilium generale. Quidam autem putant quod cohercio pape heretici spectat solummodo ad clericos et nullo modo ad laicos, nisi fuerint per prelatos ecclesie requisiti. Quidam vero putant quod cohercio, et similiter vitatio pape heretici solummodo spectat ad cardinales. Quidam putant quod solummodo spectat ad maiores prelatos ecclesie, puta ad patriarchas et episcopos. Quidam putant quod simplices et laici de spiritualibus nichil facere debent, nisi quod fuerit eis per episcopos suos iniunctum. Et ideo de papa heretico se intromittere non debent, nisi quod eis preceperint episcopi eorundem. Quidam putant quod quamdiu papa hereticus toleratur a multitudine christianorum nullus debet eum aliquo modo impugnare. Quidam putant quod multitudo est in omnibus sequenda, et ideo ille pro papa est habendus quem multitudo christianorum habet pro papa. Ex hiis omnibus estimationibus et qualibet illarum, aliisque quam pluribus estimationibus falsis et erroneis, accideret quod si papa fieret hereticus quamplures ei firmiter adhererent.

Discipulus: Dixisti unam causam divisam in plures ex qua accideret quod si papa efficeretur hereticus christiani plures adhererent eidem. Ideo nunc dic alias causas ex quibus idem accideret.

Magister: Alia causa sive occasio, secundum istos, quare multi christiani pape heretico adhererent, est timor mundanus sive humanus iunctus diffidentie qua unus christianus diffidit de alio, et ista causa oritur ex defectu zeli ad catholicam fidem. Quia enim

151 generale] *omitted* Bb 155 spectat] spectant Bb 156 solummodo] solum An Fi 156 ecclesie] *omitted* We 160 preceperint] preceperunt Ly 161 putant] dicunt Ly 167 fieret] efficeretur We 167 ei] *omitted* Fi 169 quod] *omitted* We 169 si] *omitted* Bb An Fi 169 hereticus] et *added* Ly quod *added* Bb An Fi We Ly 170 idem] hoc Ly 171 alia causa] aliquam An 173 diffidit] diffideret Ly

175 multi propter catholicam fidem nollent aliquod detrimentum cor-
 poris vel rerum incurrere, vel saltem non magnum, et nescientes
 an alii christiani vellent eis assistere contra papam hereticum, ab
 impugnatione pape heretici omnino desisterent et eidem cum aliis
 180 adhererent, saltem quousque alius potens aliquis inciperet papam
 hereticum impugnare. Putant enim tenentes opinionem predic-
 tam, quod si papa esset hereticus et aliquis rex potens eum inva-
 deret toto posse, multi qui prius pape heretico adhererunt eum
 fortissime impugnant. Et hec est una causa, secundum istos,
 185 quare reges et principes ac alii potentes qui temporalem po-
 tentiam pape heretici non timerent, gravius peccarent quam alii
 si pape heretico scienter faverent, quia eorum negligentia esset
 quampluribus occasio pape heretico adherendi. Alia causa sive
 occasio quare multi adhererent pape heretico est cupiditas et am-
 bitio. Cupiditas enim obtinendi divitias et pecunias ac beneficia
 190 ecclesiastica et honores a papa heretico multos faceret eidem con-
 sentire.

Capitulum 71

Discipulus: De impugnatoribus pape heretici sepe fecimus
 mentionem, de quibus unum obsecro ut pertractes, qui videlicet
 ad impugnandum papam hereticum sunt idonei reputandi.

5 **Magister:** Ad hoc respondetur quod omnes catholici discre-
 tionem habentes ad impugnandum papam hereticum uno modo
 vel alio debent idonei reputari.

Discipulus: Ista responsio est tam generalis quod ad mentem
 meam nequaquam vadit. Scio enim quod cum papa hereticus sit
 10 omnium fidelium inimicus, omnes fideles ratione utentes ad im-

175 fidem] defensandam *added* We 176 vel²] *omitted* An 176 et] ideo
 Ly 177 vellent] nollent Ly 177 eis] ei An Fi 179 adhererent] adherent Bb
 An Fi 179 quousque] aliquis *added* We 179 alius] *omitted* Ly 179 aliquis]
omitted We 181–183 invaderet... eum] *omitted* Fi 181–182 invaderet]
 cum *added* Ly 182 adhererunt] ad Bb 182–184 eum ... alii] *omitted* Bb
 182 eum] tum An We 184 potentes] potestates Ly 185–186 non ...
 heretico] *omitted* Fi 186 scienter] *omitted* Ly 187 heretico] heretici Ly
 2 impugnatoribus] impugnatione Ly 4 sunt] sint Bb Fi

pugnandum ipsum aliquo modo idonei sunt censendi. Oportet tamen quod inter ipsos sint quidam qui sint quasi duces, directores, et capita aliorum, de quibus interrogationem quam proposui intellexi.

Magister: Respondetur quod virtutibus excellentes, in sacris literis eruditi, in arduis rebus experti et potentia prediti temporali, ut sint duces et capita impugnantium papam hereticum, sunt censendi idonei. Contingit enim dupliciter papam hereticum impugnare, scilicet corporaliter contra ipsum, si oportuerit, materialia arma movendo, et spiritualiter tam ipsum quam errores eius auctoritatibus et rationibus convincendo. Primo modo, potentia prediti temporali debent idonei reputari ad papam hereticum impugnandum. Secundo modo, in sacris literis eruditi sunt idonei ut sint quasi duces et principales impugnatores pape heretica pravitate maculati. Virtutum autem eminentia et rerum experientia opportune videntur utrisque, ut sicut oportet et quando oportet papam hereticum et complices eius impugnent.

Discipulus: Adhuc ista reponsio est magis generalis quam vellem. Unde precor ut secundum aliquam sententiam aliquas prerogativas speciales assignes, quibus oportet principales impugnatores pape heretici preeminere ad hoc quod idonei censeantur.

Magister: Speciales prerogative tales sunt innumere.

Discipulus: Aliquas paucas tange.

Magister: Dicunt quidam quod ad hoc quod quis impugnator pape heretici idoneus censeatur, requiritur quod sit firmiter stabilitus in veritatibus contrariis erroribus pape heretici, ut scilicet nulla ratione ab illis veritatibus possit avelli. Unde quantum ad veritates illas assertiones suas neque correctioni pape, neque correctioni concilii generalis, neque correctioni angelo-

12 quod] qui Bb 12 duces] et *added* An 13 de quibus] *omitted* Bb 16 potentia] potentes Bb 21 et rationibus] *omitted* An 21 potentia] *omitted* Fi 22–23 impugnandum] impugnando Bb An 25 maculati] maculate Bb 27 impugnent] impugnet Ly 29 ut] nec Bb 38 correctioni] correptioni We 39 neque¹] *omitted* An 39 correctioni¹] correptioni We 39 correctioni²] correptioni We

40 rum de celo debet submittere, sed quemadmodum beatus Paulus
 scripsit Galatis dicens: “licet nos aut angelus de celo evange-
 lisset vobis preter quam quod evangelizavimus vobis, anathema
 sit”, ita quilibet impugnator idoneus pape heretici dicat in corde
 suo et proferat ore cum fuerit opportunum: “licet ego, aut papa,
 45 aut concilium generale, aut tota congregatio christianorum, aut
 tota multitudo angelorum de celo errores pape heretici evange-
 lizare, asserere vel affirmare presumpserit, anathema sit”. Ideo
 autem non debet impugnator idoneus pape heretici assertiones
 suas quantum ad veritates contrarias erroribus pape heretici ali-
 50 cuius correctioni submittere, quia illas veritates non tanquam ab
 homine, sed tanquam a Deo, qui correctione non eget, traditas
 suscepit, amplectitur, et veneratur. Et ex isto, ut dicunt, eliditur
 error quorundam dicentium quod omnis christianus fidem suam
 debet supponere correctioni beatissimi pape. Quod probant per
 55 exemplum de beato Hieronymo, qui fidem suam quam didicerat
 in ecclesia, et in qua nutritus fuit, supposuit correctioni et iudicio
 beatissimi pape. Sed hoc, dicunt isti, esse erroneum, imo hereti-
 cum manifeste, quod exemplis et ratione probare conantur. Primo
 quidem exemplo beati Pauli, qui, ut legitur ad Galatos 2, cum re-
 60 prehenderet papam, scilicet beatum Petrum, assertionem suam
 correctioni pape nequaquam submitit, imo voluit quod papa se
 correctioni sue committeret. Ideo enim reprehendit papam, ut de

40 beatus] *omitted* Bb 41 galatis] 1 *added* Ly 41 dicens] sed *added* Ly 46
 – 47 evangelizare] annunciare Ly 47 vel] *omitted* Fi 50 correctioni]
 correptioni We 51 correctione] correptione We 51 eget] indiget An 52 et²
] *omitted* We 52 ut] *omitted* We 53 omnis] aliquis Ly 54 correctioni]
 correptioni We 55 suam] *omitted* Fi 55 quam] *omitted* Ly 56 et¹] *omitted*
 Ly 56 supposuit] submitteret Ly 56 correctioni] correptioni We 58
 manifeste] manifestum We 59 – 60 reprehenderet] reprehenderent Bb 61
 correctioni] correptioni We 62 correctioni] correptioni We 62 committeret
] committere Bb submitteret Ly 62 enim] na An 62 papam] eum Ly

41 Galatians 1:8 59 Galatians 2:11-14

excessu commisso in preiudicium evangelice veritatis corrigeret. Secundo, probant hoc exemplo clericorum romanorum qui se a 65
 communione Anastasii pape 2i laudabiliter abegerunt, de quibus
 constat quod assertionem suam correctioni pape nullatenus sub-
 miserunt.

Discipulus: Forte dicetur istis quod clerici illi non miserunt
 assertionem suam correctioni pape heretici qualis fuit Anastasius 2us,
 sed miserunt correctioni futuri pontificis catholici. 70

Magister: Hoc reprobatur, quia Anastasium secundum repu-
 taverunt hereticum propter hoc, quod assertioni eorum quam ac-
 ceperant a sanctis patribus contradixit. Et propter eandem ratio-
 nem, quicumque futurus papa postea contradixisset, eundem he-
 reticum reputassent. Quare nullius hominis correctioni volebant 75
 assertionem suam submittere. Et ideo dicunt isti quod christianus
 assertionem catholicam correctioni pape non debet submittere,
 quod etiam ratione probare nituntur. Nam veritatem infallibilem
 et immutabilem non debet quis correctioni illius submittere qui
 falli potest et errare. Veritates autem catholice sunt infallibiles et 80
 immutabiles, papa vero falli potest et errare, ergo tales veritates
 nullus debet correctioni pape submittere. Unde minimam verita-
 tem contentam in scriptura divina non debet quicumque submittere
 correctioni pape, quia certa, sicut discussione non indigent, ita
 etiam

correctione non egent. Quare, cum omnia asserta in scripturis di- 85
 vinis sint certa, nulla correctione egent. Quare nullius correctione

63 excessu] excessor Bb 65 laudabiliter] *omitted* Ly Vg 66 correctioni] correptioni We 69
 correctioni] correptioni We 70 2us] 2a Bb 70 correctioni] correptioni We 70 futuri] summi
added Ly 71 reprobatur] frivolum reputatur We sufficit Ly 71 quia] quod Bb An Fi Ly 71
 anastasium] Anastasius Bb 73 contradixit] ergo *added* We 74 contradixisset] contradisset Bb
 An Fi 74 eundem] eiusdem We 75 correctioni] correptioni We 77 correctioni] correptioni We
 78 quod] quidem Bb An Fi We Di 79 correctioni] correptioni We 79 illius] *omitted* Bb 80
 – 81 veritates ... errare] *omitted* Ly 81 falli] *omitted* Fi 82 correctioni] correptioni We 84
 correctioni] correptioni We 84 etiam] et Fi Ly 85 correctione] correptione We 85 non]
omitted Bb 85 egent] indigent Ly 85 quare] etiam *added* Ly 86 correctione¹] correptione We
 86 correctione²] correptione We

debeant submitti. Cum vero dicitur quod beatus Hieronymus fidem
 suam quam didicerat in ecclesia supposuit correctioni beatissimi
 pape, respondetur quod hoc simpliciter est falsum, quod tamen ex
 90 verbis beati Hieronymi male intellectis elicitur. Unde, ut mentem
 beati Hieronymi cunctis aperiant, verba ponunt eiusdem, qui, ut
 habetur 24 q. 1 cap. *Hec est fides*, ait: “hec est fides, papa bea-
 tissime, quam in catholica ecclesia didicimus, quamque semper
 tenuimus; in qua si minus perite aut parum caute forte aliquid
 95 positum est, emendari cupimus a te, qui Petri et sedem tenes et
 fidem. Si autem hec nostra confessio apostolatus tui iudicio com-
 probatur, quicumque me culpate voluerit, se imperitum, vel ma-
 livolum, vel etiam non catholicum, sed hereticum comprobabit”.
 Ex quibus verbis concludunt quidam quod beatus Hieronymus
 100 fidem suam, quam in ecclesia didicerat, supposuit correctioni be-
 atissimi pape. Sed dicunt alii quod *isti* verba beati Hieronymi mi-
 nus bene intelligunt. Non enim intendit Hieronymus fidem suam
 quam didicerat in ecclesia correctioni beatissimi pape supponere,
 quia si papa illi fidei contradixisset, beatus Hieronymus ipsum
 105 hereticum reputasset. Didicit enim Hieronymus in ecclesia quod
 Christus fuit verus Deus et verus homo, cui si papa obviasset, pro
 heretico pessimo eum Hieronymus habuisset.

Discipulus: Quid ergo supposuit beatus Hieronymus correc-
 tioni pape.

110 **Magister:** Respondetur quod beatus Hieronymus absolute ni-
 chil supposuit correctioni pape, sed conditionaliter tantum, quod

87 debent] debet An We 87 submitti] subiici Ly 88 in] ab Di 88
 correctioni] correptioni We 90 beati] *omitted* Ly 91 aperiant] aperiam
 An Ly 91 ponunt] ponantur Ly 92 est¹] *omitted* We
 94 minus] unus An Fi 95 et¹] Fb We: *omitted* Bb An Fi Ly 96 apostolatus]
 appellatus We 96–97 comprobatur] comprobetur Ly 97–98 malivolum]
 malevolum Ly 100 suam] *omitted* An 100 supposuit] supposuerit Bb An
 supponerit Fi 100 correctioni] correptioni We 101 isti] ista Bb An Fi 102
 intendit] intelligit We 103 didicerat] addidiscerat An 103 correctioni]
 correptioni We 105 didicit] Didiscit Bb An 108 – 109 correctioni]
 correptioni We 111 correctioni] correptioni We

91–92 col. 970

verba eius aperte declarant cum dicit: “in qua si minus perite aut parum caute forte aliquid positum est emendari cupimus a te etc.”, que verba, sicut de se patet, conditionalia sunt.

Discipulus: Saltem ex forma verborum apparet quod Hieronymus fidem suam quam didicerat in ecclesia conditionaliter supposuit correctioni pape. Quia primo dicit: “hec est fides, papa beatissime, quam in catholica ecclesia didicimus”, et postea subiungit: “in qua si minus etc.” 115

Magister: Respondetur quod quamvis absque periculo Hieronymus potuerit conditionaliter fidem suam supponere correctioni pape, quia conditionalis nichil ponit, (unde et hec conditionalis vera est: “si in evangelio aliquod falsum asseritur, corrigendum est”) tamen beatus Hieronymus in verbis premissis non intendebat fidem suam supponere correctioni pape, sed expositionem suam circa fidem intendebat conditionaliter supponere correctioni pape, ut iste sit sensus verborum suorum: “in qua”, id est circa quam, scilicet fidem, exponendam et explanandam, “si minus perite aut parum caute forte aliquid positum est, emendari cupimus a te, etc.” Quemadmodum si quis postillator evangelii diceret; 120
125
130
“hoc est evangelium, in quo si aliquid minus bene dixi, paratus sum corrigere.”

Capitulum 72

Discipulus: Si de predicto modo circa alias prerogativas quibus preeminere debet impugnator idoneus pape heretici dilatares, multis lectoribus operis huius fastidium generares, ideo alias succincte percurras. 5

112 si minus] cancelled An sumus Anb Fi 113 est] *omitted* An 114 de se] *omitted* Ly 117 correctioni] correptioni We 118 postea] post Ly 118–119 subiungit] adiungit Ly 121 conditionaliter] conditionabiliter Ly 121–122 correctioni] correptioni We 123 si] in Bb 123 aliquod] aliquid Ly 125 correctioni] correptioni We 126–127 correctioni] correptioni We 127 in qua] *omitted* Ly 3 preeminere] Ly presumere Bb An Fi We 4 lectoribus] lectoris Bb An 4 fastidium] fastigium Bb Fi

Magister: Alie prerogative impugnantibus pape heretici assignantur. Quarum aliquae sunt communes impugnantibus corporaliter et spiritualiter pape heretici, aliquae vero sunt proprie impugnantibus spiritualiter papam hereticum. Oportet eos qui corporaliter vel spiritualiter papam hereticum magnam sequelam habentem satagunt impugnare, tanquam directores et capita aliorum, novarum viarum existere inventivos. Quia sicut, teste beato Augustino ad Bonifatium, ut legitur dis. 50 cap. *Ut constitueretur*, cogunt multas invenire medicinas multorum experimenta morborum, ita casus novi et extranei emergentes cogunt industrios ad occurrendum vias novas et extraneas invenire. Cum ergo sit valde extraneum atque rarum quod papa sit pravitate infectus heretica, ad ipsum viriliter impugnandum oportet vias extraneas cogitare, presertim si potentum fuerit favore munitus. Quicumque contra papam hereticum voluerit solummodo uti communibus, erit forsitan similis medico imperito qui uno collirio *omnium* oculos vult curare. Non sufficit autem impugnantibus idoneo pape heretici contra ipsum vias extraneas invenire, nisi, cum fuerit expediens, ipsas curaverit effectui mancipare, ut, videlicet, non timeat aggredi novitates. Quamvis enim novitates inutiles, perniciose, et periculose sint omnino vitandae, novitates tamen perutiles, necessarie, et salubres sunt carius amplectende. Non est aptus ad quecunque ardua peragenda qui omnes horruerit novitates. Si Alexander Macedo novitates aggredi timuisset, maiorem partem mundi sibi nullate-

6 impugnantibus] impugnantibus Ly 8 pape heretici] papam hereticum Ly 9 spiritualiter] *omitted* Fi 9 hereticum] Unde *added* Ly 9 oportet] enim We 11 satagunt] *omitted* Fi 11 aliorum] aliarum Ly 12 inventivos] inventores Ly 13 constitueretur] infirmitates nove et extranee emergentes *added* Ly 15 industrios] industrias Ly 18 ipsum] papam Ly 19 quicumque] Qui enim We vero *added* Ly 20 hereticum] *omitted* An Fi viis *added* We 20 communibus] rationibus Ly quibus An 21 qui] vult *added* Ly 21 omnium] vn Bb du An Fi *omitted* Ly 21 vult] *omitted* Ly 22 autem] *omitted* An 25 novitates] *omitted* Bb 25 – 26 inutiles ... novitates] *omitted* Fi 26 perutiles] et *added* Ly 28 horruerit] horruit An Fi horruerit We horret Ly

13 col. 187

nus subdidisset. Si civitas Romana novitates minime attemptasset, nunquam pacem in universo orbe fecisset. Quid loquar de seculi hominibus, cum apostoli, si novitates inducere formidassent, ad novam legem gentes nullatenus convertissent. Non sunt ergo novitates penitus respuende, sed sicut vetusta cum apparuerint onerosa sunt omnimode abolenda, ita novitates cum utiles, fructuose, necessarie, et expedientes secundum rectum iudicium videbuntur, sint animosius amplectenda. Non autem sufficit impugnatori idoneo pape heretici novitates, cum opportunum fuerit, attemptare, nisi etiam, cum expediens fuerit, periculis et laboribus et etiam morti, si opportuerit, se exponat. Qui enim omnia pericula expavescit, similis est illi de quo dicitur Ecclesiasti 11: “qui observat ventum non seminat, et qui considerat nubes nunquam metet”.

Rursus, si habet divitias, debet esse paratus expensas effundere, quia nulla eleemosyna corporalis extra articulum necessitatis extreme est ita necessaria. Neque enim monasteriorum constructio, neque pauperorum quorumcunque sustentatio, neque ecclesiarum edificatio, neque miserabilium personarum defensio, neque captivorum redemptio, neque pro terre sancta recuperatione largitio, potest equiparari expensis que fiunt ad impugnandum papam hereticum et fidem catholicam defendendam et exaltandam, eo quod exaltatio et defensio fidei catholice est omnibus temporalibus preferenda.

Amplius, impugnator idoneus pape heretici perditionem rerum, honorum, et fame nullatenus expavescat. Hec enim omnia sunt inter bona minima computanda. Nec propter ista est defensio fidei aliquatenus obmittenda. Quamvis enim unusquisque, si con-

30–31 attemptasset] accepisset Ly 32 seculi] sanctis Ly 32 cum] An Et Ly 32 apostoli] apostolis Ly 36 et] *omitted* Ly 37 amplectenda] amplectendi An amplectende We 41 similis] similiter Bb An Fi 41 est] *omitted* Bb 41 ecclesiasti] Ecclesiastici We 43 metet] metit An 44 divitias] denas Bb 46 est ... necessaria] *omitted* We 50 equiparari] equipari Bb 55 honorum] bonorum Ly

41 Ecclesiastes 11:4

venienter potest, famam suam, que inter omnia temporalia pre-
 60 evitandum servare tenetur, propter ipsam tamen servandam non
 est defensio fidei relinquenda. Quia absque fama est salus, et se-
 pe fama est causa perditionis eterne. Et ideo qui de perditione
 fame nimium contristatur, ut aliquid spectans ad honorem Dei
 65 Dei. Talis enim cum Apostolo nequaquam propter Christum om-
 nia velut stercora arbitratur, sed gloria vexatur inani, omnia opera
 sua faciens ut ab hominibus videatur.

Iterum, impugnator idoneus pape heretici omnem duplicitatem
 70 evitet, ne scilicet facto, verbo vel scripto patenter ostendat quod
 ipsum habet pro vero summo pontifice. Quamvis enim nonnun-
 quam licitis et utilibus simulationibus uti expediens censeatur,
 tamen uti duplicitate que falsitatem includit semper est illicitum
 reputandum, teste sapiente, qui Ecclesiastici 2 ait: “ve duplici
 corde et peccatori terram ingredienti duabus viis”.

75 Sit insuper in prosequendo negotia fidei contra papam hereti-
 cum calidus, non tepidus. Tepidus enim in hoc negotio, presertim
 si est magnus et potens, non solummodo de ore Dei evometur,
 sed etiam pauperibus et simplicibus sibi adherentibus erit causa
 et occasio confusionis et destructionis, non tantummodo tempo-
 80 ralis, sed etiam forsitan spiritualis. Quia si non ferventer defendit
 eos, papa hereticus et complices sui tanquam belue crudelissime
 ipsos tam spiritualiter quam corporaliter satagerent trucidare.

Oportet etiam impugnatores idoneos pape heretici amore et

58 omnia] bona *added* Ly 61 relinquenda] derelinquenda An Fi Ly 62 est]
omitted Bb 65 enim] nequam *added* We 65 nequaquam] *omitted* We 66
 – 67 arbitratur ... faciens] *omitted* Fi 69 facto] vel *added* We 71 uti]
 utile Bb An Fi 74 corde] Ww *omits* Vulgate text between ‘corde’ and ‘et’=
 et labiis scelestis et manibus malefacientibus. 74 ingredienti]
 ingredientem Bb 75 sit] Sic We 75 negotia] negotio Ww 78 et
 simplicibus] *omitted* Bb 80 forsitan] forsitan An
 80 defendit] defenderit We 82 tam] *omitted* Bb 82 satagerent] satagent
 Bb We 83 impugnatores] impugnatore Bb

65 Philippians 3.8, 2.3; Galatians 5:26 73 Ecclesiasticus 2:14 77 Revela-
 tion 3:16

concordia fortius adiuvari, ne, si dissensionibus, contentionibus, odio, emulationibus, et scismatibus disiungantur, facilius desolentur. Quia, teste Salvatore: “omne regnum divisum contra se desolatur et omnis civitas vel domus divisa contra se non stabit”. Quare impugnatores pape heretici, quantumcunque iustam causam habuerint, non sperent quod propter ipsos tam laudabilem finem accipiant si inter se discordes extiterint dampnabiliter et divisi. Tales enim non sunt de semine illorum per quos fides orthodoxa exaltabatur, sed per aliam occasionem Deus causam fidei feliciter terminabit.

Impugnator ergo idoneus pape heretici gloriam propriam minime querat, quasi velit quod per ipsum solummodo victoria habeatur, sed gaudeat per quemcunque causa fidei licite adiuvetur. Nec facta et consilia minorum despiciat, quia sepe parvulis revelantur que a sapientibus et prudentibus absconduntur. Sit consiliativus, assidue inquisitivus, et interrogativus viarum et modorum quibus est contra papam hereticum procedendum. Quia, teste Salomone: “erit salus ubi multa sunt consilia”. Et quamvis minorum consilia sepe minime sint spernenda, tamen a sapientibus est maxime in hoc casu consilium requirendum, nec aliquis de sapientia propria tanquam sit sufficiens quoquo modo confidat. Si enim mille carentes potentia temporali, quorum quilibet sapientiam Salomo-

84 si] se Ly Vgb 84 dissensionibus] et *added* An Fi Ly 84 – 85 contentionibus] tentionibus Bb 85 odio] odiosis et Ly 85 disiungantur] disiungentes Ly dissgunigantur We 87desolatur] dissipabitur Bb An Fi Ly desolabitur We 88 quantumcunque] quamcunque Bb An Fi 89 propter] per Bb Ly 90 accipiant] accipiat Bb Fi accipiet An We 90 extiterint] extiterit Bb fuerint We 92 exaltabatur] exaltabitur We Ly 94–96 pape ... gaudeat] *omitted* Bb 95 ipsum] ipsam Fi Ly 96 adiuvetur] adiuvatur Ly 97 et] nec Ly 98 sit] Sic An Fi 98 consiliativus] consiliarius Ly 101 sunt] erunt Ly 102 sint] sunt Fi Ly 102 est] *omitted* We 104 confidat] *omitted* We 105 sapientiam] sapientia We Ly 105–106 salomonis] Salomonem We Ly

86 Matthew 12:25 100–101 Proverbs 24:6

nis excederet, papam hereticum regum et principum favore ful-
 citum satagerent impugnare, aliorum consilio indigerent. Nec ta-
 men propter hoc pauciores et minus sapientes debent aliquo modo
 110 formidare contra papam hereticum bellum accipere. Quia qua-
 mvnis nichil de contingentibus omittere debeant, in sua tamen
 sapientia vel virtute sperare non debent, sed in virtute Dei, qui, si
 certaverint usque ad mortem, expugnabit pro eis inimicos eorum.
 Quamobrem nullam multitudinem adherentium pape heretico ex-
 115 pavescant, quia sicut allegatum est supra, teste Iuda Machabeo:
 “non est differentia in conspectu Dei celi liberare in multis et in
 paucis”. Et Exodi 23 unicuique fideli in hec verba mandatur: “non
 sequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum
 acquiesces sententie ut a vero devies”. Cuius rationem assignat
 120 Psalmista dicens: “defecit sanctus quoniam diminute sunt verita-
 tes a filiis hominum, vana locuti sunt unusquisque ad proximum”.
 Et alibi ait: “omnes declinaverunt simul, inutiles facti sunt. Non
 est qui faciat bonum non est usque unum”. Rationem etiam eius-
 dem assignat Salomon Ecclesiasti 1 dicens: “stultorum infinitus
 125 est numerus”. Nec Isaias rationem eius tacuit cum dixit: “om-
 ne caput languidum et omne cor merens a planta pedis usque ad
 verticem non est in eo sanitas”. Imo etiam Salvator ipse ratio-
 nem dicti prioris expressit cum dicit Matthei 7: “Lata porta et
 spaciosa via que ducit ad perditionem et multi sunt qui intrant

109 contra] *omitted* Bb 111 qui] que Ly 112 certaverint] certaverit Ly
 113 multitudinem] eorum *added* Ly 115 et] aut Ww 118 acquiesces]
 acquiesce We 119 psalmista] Psalmus An Fi We 119 defecit] deficit Ly
 119 quoniam] *omitted* Ww

120 proximum] suum *added* WeLy 121 omnes] omnia Bb

121 simul] *omitted* Bb An Fi 121–123 sunt ... eiusdem] *omitted* Fi 122 est²] *omitted* Bb 122
 usque] ad *added* WeLy 123 ecclesiasti] Ecclesiastes Bb 124 dixit] dicit An Fi Ly 127 dicit
] dixit Bb 128 via] est *added* Ly

114 1 Dial. 7.47 114 1 Macchabees 3:18 116 Exodus 23:2 118–119
 Psalms 12:1-2 121 Psalms 14:3 123 Ecclesiastes 1:15 124 Isaiah 1:5-6
 127 Matthew 7:13-14

per eam, quam angusta porta et arcta via que ducit ad vitam et
 pauci sunt qui inveniunt eam”. Et alibi ait: “multi autem sunt 130
 vocati, pauci vero electi”. Ex quibus aliisque innumeris nonnulli
 accipiunt argumenta ad probandum quod propter quantamcunque
 multitudinem adherentium pape heretico non debent pavere pau-
 cissimi contra papam hereticum patenter insurgere. Ante omnia 135
 tamen ab omni peccato mortali se servare conantur, quia sicut non
 est speciosa laus in ore peccatorum, ita defensio *fidei* vel impu-
 gnatio pravitate heretice per scelestum coram Deo est minime
 preciosa, licet utilis aliis esse possit. Oportet igitur impugno-
 rem idoneum pape heretici non solum peccata carnalia sed etiam
 spiritualia declinare. Propter quod nonnulli putant quod hiis die- 140
 bus essent paucissimi impugnatores idonei pape heretici, quia fe-
 re totum mundum, tam clericos quam laicos, tam seculares quam
 religiosos, dubitant peccatis mortalibus spiritualibus, fornicatione
 et furto peioribus, esse enormiter irretitos, ut ambigant non minus
 modo quam tempore Noe verificari illud Genesis 6: “corrupta est 145
 autem terra coram Deo, et repleta est iniquitate.”

Capitulum 73

Discipulus: De isto ultimo dicto vehementer admiror, cuius
 motiva in tractatu De gestis circa fidem altercantium orthodoxam
 sollicite indagabo. Nunc autem, cum plures prerogativas tetigeris
 quibus secundum quorundam sententiam oportet impugnatores 5
 idoneos pape heretici preeminere, que omnes communes impu-

129 et¹] *omitted* Fi 130 autem] *omitted* Bb An Fi We enim Ly 131 quibus] verbis *added* Ly 132
 propter] papa We 132 quantamcunque] quamcunque An Fi 135 conantur] conentur We tenentur
 Ly 136 peccatorum] peccatoris We 136 fidei] *omitted* Bb An Fi Ly 137 per scelestum] pars
 celestium Ly 138–139 impugnatores] pugnatorem Bb 139 solum] propter *added* Bb 140 quod¹]
 quid An We 143–144 fornicatione ... furto] fornicaret Bb 144 esse] *omitted* Ly
 2 cuius] tamen *added* Ly 6 communes] conclusiones An

130 Matthew 22:14 145 Genesis 6:11

gnatoribus corporaliter et spiritualiter papam hereticum michi videntur, numerata aliquas prerogativas speciales quibus expedit preeminere impugnatores pape heretici, per testimonia scripturarum precipue, si papa hereticus errores coloratos et latentes conatus fuerit diffinitive populis tradere christianis.

Magister: Dicitur quod huiusmodi impugnatores idoneos pape heretici oportet sanctarum habere intelligentiam scripturarum ut, scilicet, non solum memoriam verborum retineant, sed intellectum capiant veritatis. Quia, teste Hieronymo, ut legitur 1 q. 1 cap. *Marcion*: “nec putemus in verbis scripturarum esse evangelium, sed in sensu; non in superficie, sed in medulla; non in sermone foliis, sed in radice rationis”. Multi enim quamvis memoria vigeant ut literas multas retineant, et prompte que voluerint recitent et allegent, carent tamen iudicio, ut acumine rationis ad verum intellectum, nisi forte aliquando casualiter, per seipsos nesciant pervenire. Et de istis potest verificari illud Apostoli 2 Timotheo 3: “semper discentes et nunquam ad scientiam veritatis pervenientes”. Tales autem non sunt idonei ad impugnandum errores occultos et latentes. Alii sunt vigentes rationis iudicio, quamvis in memoria deficere videantur, et illi, quamvis interdum cum magno labore et tarde, sunt idonei errores occultos et latentes ac coloratos pape heretici impugnare. Quamvis enim sepe sint imperiti sermone ut eloquentia careant et ornatu verborum, non tamen scientia, quia illi sciunt ex paucis multa elicere, et il-

9 testimonia] testimonium We 10 errores] errore Ly 10 latentes] labentes Bb An Fi 15 teste] testes Bb 16 marcion] Marchion Bb An Fi We 16 nec putemus] non Ww 16 esse] est Ww 18 memoria] *omitted* An Fi 19 literas] literis Fi 19 prompte] pronte We 19 que] cum Bb We 20 tamen] autem Ly An Fi 20 iudicio] ita *added* Ly 21 nisi forte] *omitted* Ly 21 casualiter] causaliter We 23 discentes] addiscentes Ww 25 rationis] retionis Bb 28 coloratos] colorandos Bb 29 ut] et Ly 30 et] *omitted* We 30 – 31 illi] *omitted* We

15–16 col. 381 22–23 2 Timothy 3:7

li perspicue vident que veritati sunt contraria, que consona, que antecedentia, que consequentia, que impertinentia sunt censenda. Qui etiam per rationes sophisticas et auctoritates male intellectas non de facili seducuntur. Per quam autem scientiam rationis iudicium ad predicta potissime adiuvetur libro nono De optimo genere addiscendi poteris invenire. Qui autem memoria et iudicio prepollent, quod raro accidit ut quidam existimant, et essent in sacris literis eruditi, essent maxime idonei impugnatores errorum pape infecti heretica pravitate. Oportet autem impugnatores idoneos pape heretici summe cavere ne assertiones ipsius ambiguas contra mentem eius, vel etiam preter mentem ipsius ad perversum nitantur trahere intellectum. Et multo fortius assertiones eius veras in omni sensu pervertere minime debent. Si enim aliquod fecerint predictorum, presertim scienter, vel etiam ex ignorantia crassa et supina, non solum coram Deo peccare mortaliter iudicabuntur, sed etiam apud intelligentes maligni vel invidi aut inscii apparebunt. In primis igitur, mentem ipsius ex omnibus dictis eius, quando assertio eius est ambigua, investigent. Si enim assertio eius non est ambigua sed sensum habens tantummodo falsum, non est necesse ad alia dicta eius recurrere. Cum vero patuerit manifeste sensum eius esse erroneum, non cavillose, non sophistice, non per auctoritates male intellectas, non per assertiones dubias et de quibus est licitum disputare, non per rationes fantasticas, non intelligibiles, et intricatas, non per dicta illorum quos licitum est negare, sed per scripturas autenticas bene et sane intellectas, ac per rationes apertas, evidentes, et irrefragabiles, studeant re-

33 per] *omitted* Ly 36 addiscendi] addipiscendi We 37 prepollent] pollut An Fi 37 existimant] estimant An Fi Ly 37 et] qui Ly 39 oportet] Quod Fi 41 preter] propter Bb An We 42 nitantur] citantur An Fi 45 crassa] grassa Bb 45 deo] Domino An Ly 46 vel] et Ly Vg *omitted* Di 46 aut] inscii et Di 46–47 inscii] iniusti An Fi Ly 48 eius²] non Ly 51 non²] *omitted* Bb Ly 51 sophistice] *omitted* Ly 53 et] *omitted* Ly 56 ac] aut Ly 56 et] *omitted* Ly 56 irrefragabiles] refragabiles Bb

35–36 See 1 Dial. 6.17

probare et fundare solidissime contrariam veritatem. Hec autem omnia amore faciant veritatis et odio falsitatis, ut ira, rancore, vel odio persone pape heretici nullatenus moveantur.

60 **Discipulus:** Cum instarem quod hoc opus inciperes, arbitrar
 brevem tractatulum De hereticis nos facturos, qui preter esti-
 mationem meam in longum aliquantulum est protensus, quem si
 omnes difficultates nunc michi de papa heretico eiusque compli-
 65 cibus occurrentes tibi disserendas exponerem, oporteret extende-
 re in immensum. Sane cum opera prolixa pluribus dinoscantur
 ingrata modernis, sit hic presens sermo noster De hereticis con-
 summatus. Tue autem benevolentie gratias ago, quod personam
 induens recitantis, votis meis, nunc abbreviando, nunc falsas sen-
 tentias recitando et pro eis fortiter allegando, nunc ad rationes
 70 probabiles respondendo, nunc argumentationes sophisticas non
 solvendo, nunc veritates absque probationibus referendo, et quan-
 tum ad omnia alia, condescendere studuisti. Istum autem modum
 utilem reputavi, quia sic nec ad probandum nec ad reprobandum
 aliquod prescriptorum amor *vel* odium persone tue quemcunque
 75 movebit, sed omnibus legentibus materia dabitur cogitandi. Puto
 enim quod cum ista fuerint divulgata, tum propter raritatem, tum
 propter utilitatem, viri literati et intelligentes zelum veritatis et
 boni communis habentes, que vera sunt rationibus manifestis et
 testimoniis scripturarum apertis satagent confirmare, et que falsa
 80 sunt reprobare studebunt. Tu etiam, ut estimo, cum mentem tuam
 ceperis aperire de predictis, opera facies magna et preclara,
 plana veritate referta, ad omnium utilitatem fidelium, et Dei om-
 nipotentis honorem. Cui sit gloria, laus, et imperium in secula

58 omnia] omni An Fi We Ly 59 nullatenus] nulla Ly 64 tibi] *omitted* Bb 66
 presens] *omitted* We primus Ly 66–67 consummatus] consumptus Ly Nunc *added*
 Ly 69 nunc] autem *added* Fi 70 non] *omitted* Ly 73 nec¹] non An Fi Di 73
 nec²] *cancelled* Bbb 73 ad reprobandum] *omitted* Bb 74 aliquod] aliquid Ly
 74 vel] et Bb An Fi Ly 75 dabitur] Ly 76 tum¹] tamen Bb 76 tum²] tamen
 Bb 80 tu] Tum Fi We Ly 81 magna] manifesta Ly 82 plana] planis Bb
 plena We 83 sit] *omitted* Ly

seculorum. Amen.